

Johann Nicolaus Quistorp

## **Aphorismi Theologici, Sistentes Controversias Tam Veteres Quam Recentiores, Repetiti Et Tertio Aucti ...**

Rostochii: Wepplingius, [um 1700]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn733815111>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 1694?

Quistorp, Joh. Nic. /a







L. N. J.

APHORISMI THEOLOGICI,  
SISTENTES

CONTROVER-  
SIAS TAM VETE-  
RES QVAM RECENTIORES,  
REPETITI ET TERTIO AUCTI.


IN  
USUM PRIVATORUM DISPUTANDI EXERCITIORUM,  
Cum Consensu R. Facult. Theologicae  
Adornati

JOHANNE NICOLAO  
QVISTORPIO,

Theol. D. Profess. Publ. Ordinario,  
Pastor. Nicolait. & R. Ministerii,  
Patrii Superintendente.



ROSTOCHII, Typis JOH. WEPPLINGI, SEREN. PRINC.  
& UNIV. Typogr.



(XV)

16342

NOMINA  
Eorum, qui privatis hisce disputationum  
exercitiis nomina sua dederunt,

*Sorte citra cujusquam præjudicium in Classēs  
sequentes distributi.*

Class. I.

JOH. DAVID HOHEISELL. Gedano-Borussus.  
JOH. HERMANNI March.  
DANIEL MANN. Elbinga-Boruss.

Classis II.

JOH. HEINR. LEHMANN. Rostochient.  
ANTON. BALEMANN. Gedano - Boruss.  
BERNH. HEINR. DRUELÆUS Hellinghusa Holsat.

Classis III.

JOH. DAVID HEINRICHSDORFF. Gedano-Boruss.  
per ejus absentiam vices ejus occupavit  
JOH. LOHMANN. Rostochientis.  
HENR. CHRISTOPH. POLTZIUS. Rostochientis.  
JOACH. JACOB. WILLICH. Sundens.

Class. IV.

HEINR. WULFFLEFF Neobrandenburg.  
ZACH. HEINR. BALKE. Gabel. Megapol.  
DANIEL SCHOENWALD. Elbinga-Boruss.

# THEOLOGIA IN GENERE.

Theol. I.



OX Theologiæ κατὰ τὴν ῥητὴν nusquam extat in sacris literis. Gentiles autem dudum ante, quàm Christus nasceretur, eâ voce uti sunt, ut proinde ab Ethnicorum sacris ad sacra Christianorum traducta videatur.

2. Theologia rectè à Deo denominatur, quia (1.) Originaliter est à Deo (2.) Objectivè de Deo agit (3.) Terminativè in Deum fertur, & (4.) Effectivè homines ad Deum ducit.

3. Studium Theologicum, ut omnibus studiis cœteris præstantissimum est, cui & quoties incumbitur, Spiritus S. in verbo lecto gratia sua singulari præsens est: ita animo sanctiore, quàm cœtera omnia meritò tractari debet.

4. Aliud est λόγος Θεῶν ἢ λόγος Θεῶν. Aliud verò λόγος Θεῶν ἢ Θεῶν. Illud est ipsa S. Scriptura, Theologiæ principium, hoc verò Theologia, ejus principium.

5. Ab Ethnicis Theologi dicti sunt; Poëtæ, sacerdotes, Philosophi. Poëtæ pudendas sæpe fabulas de Diis suis commenti sunt. Unde horum Theologia Mythica, Fabulosa, Theatrica, & ob historias aliquando immixtas, historica dicta est: Compendium hujus Poëtarum Theologiæ, *Metamorphosin* Ovidii, ejusq; Exegesi Mythologiam Natalis Comitæ haud absurdè dixeris; verùm hæc Theologia, juxta Augustinum, nequitiæ potius Magistra, quàm Theologia vocanda erit. *Sacerdotum* Ethnicorum Theologia per provincias, & Civitates olim recepta, oracula, sacrificia, haruspicias, Auguria, præsertim famosissimam illam divinandi artem complexa est, ideoq; Theologia Politica, urbana, Civilis, Mystica, ejusq; Professores Mystæ, vel Mystagogi dicebantur. Licet hæc Theologia ab Ethnicis tantum sæpe æstimata sit, ut nemini citra vitæ periculum contradicere licuerit, quod de Socrate, Martyre illo gentilium, constat, meritò tamen spernimus, ut ex malo fundamento e ductam. *Philosophorum* Theologia, Doctrina est de Deo rebusq; divinis à sapientibus in scholis tradita, atq; dicta est Theologia naturalis, Divina Philosophia, Pneumatica. Hæc pari cum prioribus loco habenda, vel rejicienda non est, sed velut radius divini luminis, imo fastigium omnis humanæ sapientiæ æstimanda est. Ob ejus neglectum Ethnicos ἀναπολογίτες, & in reprobum tandem sensum conjectos, docet Paulus Rom. I, 19, & seq.

A

6. Con.



6. Consideranda autem venit Theologia naturalis, vel in originali suâ integritate, vel in ruderibus & reliquiis. Illo modo spectata erat in Adamo ante lapsum, & consistebat in perfectâ *ἡρώωσις* habituali concreata; hoc modò verò, sc. in ruderibus & reliquiis, remansit quidē in natura post lapsum aliqua notitia de Deo, & lege divina; sed languida, imperfecta, ad salutem nequaquam sufficiens. Hinc Philosophis ad Ecclesiam venientibus non dicimus: (*Hoc quòd ratio de Deo nos docet*) *falsum vel malum habetis, sed hoc quidem verum est; ac vobis non prodesse, nisi ad gratiam Christi veniretis*, ait Augustinus lib 6. de Baptismo contra Donatum.

7. Non saltem naturalis, sed & supernaturalis quædam Theologia in Paradiso habuit locum.

8. Studium Biblicum a Theologiæ cultore omni studio, quo nomine & veniat, præferri omnino debet.

9. Theologia supernaturalis s. Revelata, quæ ex lumine gratiæ oritur, alia est immediatæ revelationis, quæ per immediatū Sp. S. afflatum ac irradiationem obtigit Prophetis, Apostolis, & Evangelistis, nec amplius in Ecclesia expectanda. Alia mediatæ revelationis s. manifestationis s. institutionis. Hæc è verbo Dei revelato & literis consignato hauritur, ac adhuc per D. G. in Ecclesia viget.

10. Quam nos jam exhibemus Theologia non est *δέξερων*, nec *uni-onis*. illa enim nemini, nisi Deo Triuni: hæc soli Christo competit; nec *Visi-onis*, hæc enim non hujus, sed alterius vitæ est, ad quam nostra Viatorum manu quasi ducit, nec innata & acquisita naturalis, hanc enim nostra transcendit.

11. Necessaria in Ecclesia est non solum Catechetica, & rudior Theologia, utpote sine qua nec Deus rectè cognosci ac coli, nec vita æterna obtineri potest; sed etiã Acroamatica, & accuratior. Illa requiritur in omnibus Christianis, in primis verbi Ministris; hæc vero Episcoporum, ac in primis Doctorum Academicorum, qui perfectiores informant, propria est.

12. Non peculiaris Theologiæ pars est Theologia Homiletica: sed applicatio saltem Theologiæ Exegeticæ. Nec omnes conciones sunt rejiciendæ, in quibus humana verba notantur, si humana Divinis non sunt contraria.

13. Theologiæ mysticæ introductio ex re Ecclesiæ non est; plerâq; enim Theologiæ mysticæ dogmata nullum in scriptura fundamentum habent, multa & scripturæ è diametro adversantur.

14. In intellectu sapientia Theologica sua capit initia, non in voluntate, quæ sequitur intellectum, non autem antecedit.

15. Univer-

15. Universalis Theosophia omnium hominū in hāc vitā expectari nequit.
16. Theologiae veritas etiam in impio dari potest: sicut non tantum literam; sed verum Christi, & Spiritus S. sensum, præcisa salutari applicatione, ex scripturâ haurire per divinam gratiam potest. Non enim implicat, bonum & perfectum in doctrinâ esse Theologum qui fidem Orthodoxam rectè explicare, publicè docere, confirmare &c. potest, licet ratione voluntatis in genere morum quoad vitam, sive clam, sive palam malus sit Christianus: Sicut bonus in doctrina Ethicus esse aliosque virtutem egregiè docere potest, in quo ipso virtutum moralium reperitur nulla. Omnino autem pudendum, & res scandali plena est, si pietas à Theologo abest.
17. Dona in Theologo administrantia non semper conjuncta sunt cum sanctificantibus.

18. Notitia Theologica ex scripturis hausta, in homine impio, eidemque conformis ratione originis non merè naturalis est, & sine Spir. S. influxu acquiritur. Hinc impius qui Theologiam suam ex auditu aut lectione verbi divini ita didicit, ut notitia ejus verbo illi conformis sit, vere dicitur & censetur à Deo doctus.

19. Immoderata prurigo, novas vel circa doctrinam Theologicam, vel circa scripturarum interpretationem proponendi, propugnandique sententias, tanquam scandali plenissima à Theologo merito exulare debet.

20. Theologia & *ἡθικὴ* & Praxin respicit æque principaliter, & rectè dicitur habitus intellectus *ἡθικός* & Practicus.

21. Hodie nequaquam Systematibus Theologicis carere possumus.

22. Finem Theologiae primarium judicamus esse hominis ad salutem perductionem, sanctitatem, charitatem, bonam conscientiam, secundarium.

## DISPUTATIO II. DE RELIGIONE

**N**ulla gens est de hominibus neque tam immaniveta, neque tam fera, quæ non, etiamsi ignoret, qualem habere Deum s. Religionem, deceat tamen habendum, h. e. religiose colendum sciat.

2. Rectè *Lactantius* de vera sapientia lib. 4. c. 28. Hac conditione (scribit) gignimur, ut generanti nos Deo justa & debita obsequia præbeamus, hunc solum noverimus, hunc sequamur. Hoc vinculo pietatis obstricti DEO religati sumus: unde ipsa Religio nomen accepit.

3. Impropiè & abusivè accipitur vox Religionis (1.) pro Religione falsa V. G. Ethnicâ, Turcicâ, Judaicâ, quo sensu agit *Calixtus* in Apparatu Theologico de diversis mundi Religionibus (2.) pro superstitione s. cultu superstioso

tiolo, sic Bellarminus Lib. 2. de monachis c. 2. professionem ordinis monastici appellat religionem, quæ tamen est mera superstitio. Propriè autem Religio significat veram rationem Deum Colendi, quæ est una; ut enim una veritas, ita & una ad salutem via, & unica ratio ad DEUM perveniendi, Neutralismus & Indifferentismus in Religione non habet locum.

4. Religionum Syncretismus, aut tolerantia, summo studio vitanda est. Fanatica & Religio, quò magis pietatis specie blanditur eò severius fugienda est. Et Indifferentismus hodiernus nullatenus est defendendus.

5. Ex sanctimonia vitæ externa, in sensus incurrente, judicandum non est de veritate Religionis. Diabolus transformans se in Angelum lucis. Cor. XI. v. 14. potest esse Doctor maledictus Gal. I. v. 8. Non aliter statuendum de Hæreticis, Fanaticis &c. Diaboli ministri se in filios lucis, & ministros justitiæ transformantibus 2. Cor. XI. v. 15. Bona opera non constituunt essentialem Religionis Christianæ partem, sed sunt ejus consequens & effectus.

6. Non fratrum Spiritualium titulo insigniendi sunt, qui diversam, à vera Religione profitentur; etiam si externâ vitæ sanctimoniâ se commendent.

7. Exercitium Religionis sive publicum, sive privatum debet esse institutum & munitum auctoritate publicâ & civili. Tam enim exercitium Religionis, quam devotioni suæ domi privatim vacare, admodum in imperio nostro est restrictum. Limitationes autem istæ ex instrumenti Pacis Artic. V. VII. & XVIII sunt petendæ. Ita Enthusiasticis, & aliis Fanaticis, Böhmitis, Chiliaisticis, nec exercitium Religionis, nec domestica devotio per leges imperii concedi debet. Nec privatum Religionis exercitium, nec domestica devotio lege concessa, in præjudicium aut contemptum publicorum sacrorum cedere debent.

8. Religio ipsa non quidem secundum se, professio tamen & exercitiū Religionis cadit sub imperium hominis. Hinc patet explicatio communis asserti: Cujus est Regio illius est Religio. Cujus est regio, illi est vicaria & ministra DEI potestas, etiam in rebus religionem attinentibus.

9. Quamvis Religio ad externam felicitatem atque tranquillitatem Reipublicæ multum momenti conferat, nondum tamen Religionem propter Rempublicam; sed potius Rempublicam propter Religionem esse arbitramur. Ipsi Imperatores Theodosius & Honorius in Epistola ad Marcellinum: *Nec que enim ajunt, aliud aut belli laboribus agimus, aut pacis consiliis ordinamus, nisi ut verum Dei cultum Orbis nostri plebs devota custodiat.*

10. Religio nullatenus subjacet potestati Civili, pro arbitrio sancienti. Nec licet ulli sentire, quid velit, & quæ sentiat dicere in iis, quæ Religionem concernunt.

11. Juramentum veræ Religionis exigere ac præstare licet; quod non so-

lum

lum externam obligationem Exercitii ad locum; sed et in internam, qua conscientia semper & ubiqve convincitur, infert.

12. Homines in conscientia vincuntur lucido Dei verbo: lictoris autem horrido vultu, ad simulationem nonnunquam coguntur, minime ad fidem.

13. Religio ob emolumentum temporale non est mutanda.

14. Lutherana nostra Religio abs Luthero, primario solennioris reformationis Dei Organo, superiori seculo instituta nomen accepit. Non novam ille formavit, sed à Mose, Prophetis, Christo & Apostolis traditam religionem à corruptelis purgare & reformare strenuè perrexit. Christiana igitur à superstitionibus & abusibus repurgata religio hodie Lutherana appellatur, non ad dissociationem sed ad discretionem.

15. Nulla religio, publica professione hodie à Lutherana separata, cum eadem in fundamento concordat.

16. Tutissima illa est, cum nullum dogma amplectitur per quod salvari quis nequeat, & nullum non dogma in se continet, quod Deus, Religionis præscriptor & exactor à nobis exigit tanquam cognitu & creditu ad salutem necessarium, daß unser Fels nicht ist / wie ihr Fels / des sind unsere Felnde selbst Richter / ut expressit egregiè Lutherus noster illud argumentum Mosis Deut. 32 v. 13. in nostram Religionem optime derivandum.

17. Pontificia Religio verè salutatur antiqua, Lutherana nova verum ad eum modum, & in eodem sensu, quo ab Apostolo Eph. 4. v. 22. & 24. Coloss. 3. v. 9. & 10. homo vetus & homo novus distingvuntur.

18. Religio Calviniana & Pontificia cum Lutherana nostra est irreconciliabilis.

19. Utinam Excelsi mundi cum *Constantino Augusto* faterentur: Illud omnium maximè mihi propositum putavi, sicut in sanctissima Catholica Ecclesia multitudinem, una fides, una veritas, sincera charitas, & consentiens erga Deum omnipotentem Religionis cultus fervetur.

### DISPUTATIO III.

DE

### PRINCIPIO THEOLOGICÆ COGNOSCENDI.

1. Proprium & adæquatum cognoscendi principium Theologiæ est divina revelatio, sacris literis comprehensa, ex qua sola dogmata fidei probanda & deducenda.

2. Falsa est Cartesianorum hypothesis (1.) scripturam indigere Philosophicâ expositione, ne falsa censeatur referre, (2.) Certitudinem eandem esse sive ex ratione, sive ex scripturâ oriatur.

A 3

3, Fallunt

3. Fallunt & falluntur, qui primum Theologiæ principium statuunt quidem revelationem; sed à litera scripturæ separatam, adeoque lucem internam, in cordibus hominum, inæquali tamen mensurâ absq; lectione, auditu, & meditatione verbi, accensam. Revelationes non absolute, sed immediatè à spiritu aliquo interno profectas pro statu modernorum temporum repudiamus.

4. Abnegatio sui ipsius non potest dici primum Christianismi principium practicum.

5. De suâ causâ desperare videntur illi, qui Ictorum statuta plane in alienam rem detorquevere non erubescunt, sibiqve ut patrocinii quid ex Tit. de Præscriptionibus effodiant, toti allaborant, statuentes Præscriptionem longi temporis habere rationem principii in Theologiâ, ita ut ne asserens teneatur probare opinionem suam, vere contra praxin ipsius Christi, & Apostolorum.

6. Non à partibus eorum stamus, qui parum honorificè de Patribus sentiunt, Auctoritas eorum nobis magna; sed non tanta, ut principium Theologiæ constituere sufficiat. Nec ipsi Patres ut Christiani, ab omni superbix typho alieni tantam unquam sibi polliciti sunt auctoritatem; quod testimonio Hieronymi Augustini &c. multis probant nostrates. Quando E. ex Patrum dictis argumenta petuntur, illa habenda sunt non ex primariis, sed secundariis, & minus principalibus, de quibus ex unico illo & proprio Theologiæ principio, scriptura sc. judicandum; neq; ullum concludendi robur obtinent, nisi quantum cum eo consentiunt, à quo si in diversum abeunt, omnino Collectionis vis in eis protinus expirat.

7. Multò minus Romani Pontificis fictam infallibilitatem, vel ejus decreta & definitiones pro Religionis nostræ, aut veritatum Theologicarum principio agnoscere possumus.

8. Ut Apostolos symboli Apostolici, formaliter considerati, Authores immediatos statuere non possumus; sic nec faciemus cum illis, qui Spiritu syncretistico inflati, symbolum Apostolicum ut catalogum adæquatam articulorum fidei fundamentalium venerantur.

9. Libri nostri symbolici quidem sub normæ nomine venerantur, non verò fidei, sed confessionis de fide: atqve hinc non sunt tanti gradus, & æstimii, ut ipsum verbum DEI, faciunt enim ad τὸ εὐ εἶναι hoc verò ad τὸ εἶναι.

10. Libri nostri symbolici omnijure dici possunt θεόμνηστοι, & divini; obligant etiâ quoad ea, quæ per legitimam consequentiam inde deducuntur.

11. Ad multiplicationem certorum symbolorum sine gravi causa deveniendum non est. Ex orientibus autem controversiis Ecclesiam distracturis quæ

quæ & alio conatu sopiri non possunt, consultum cerè videtur, ut ad imitationem Antecessorum N. pie defunctorum confessiones novæ formentur, quò ex agro Ecclesiæ falsum ejiciatur.

12. Libri nostri symbolici, æque ac symbola antiquiora ab erroribus immunes meritò pronunciantur.

13. Præsupposito hoc, quod libri symbolici in nulla re verbo divino contrariantur, in libros symbolicos jus jurandum categoricè præstandum firmiter tenemus. Protrahuntur hâc ratione è latibus suis vulpeculæ devastationem vineæ dominicæ molientes, frenum injicitur turbonibus, ut pœnas, perjuris constitutas, metuentes, à dissidiis excitandis, erroribus spargendis, & turbando Ecclesiæ statu abstinenceant, sicque fidei ac Ecclesiæ unitas studiose conservetur.

14. Is, qui, neglecta dehortatione, sciens volensq; contraria libris symbolici seu publicè, seu privatim docet, dignus non est, ut Fratris spiritualis nomine ab Orthodoxis compelletur.

#### DISPUTATIO IV.

#### DE S. SCRIPTURA.

1. Omnes libri S. Canonici non tantùm V. sed etiã N. T. sunt à Deo, sacros scriptores, ad scribendũ peculiariter moyente, conscripti, ac proinde scriptura N. T. jussu & voluntate Dei ab Evangelistis & Apostolis est consignata.

2. Non loquitur scriptura ad erroneum Vulgi captum, multo minus ad affectum & credulitatem vulgi.

3. Omnia & singula, quæ in scripturâ continentur, non solum per assensum & directionem divinam infallibilem literis consignata sunt, sed singulari Spiritus S. suggestioni, inspirationi, dictamini accepta ferenda sunt.

4. Non solum autem res & sententias, sed etiam ipsamet verba & voces omnes ac singulas individualiter Spiritus S. sacris scriptoribus supeditavit, inspiravit, dictavit.

5. In Scripturâ S. Canonicâ nullum est mendacium, nulla falsitas, nullus vel minimus error sive in rebus, sive in verbis, sed omnia & singula sunt verissima, quo nomine etiam veniant.

6. Non barbaris, & solœcis, sed Hebraisimi non pauci sunt in N. T.

7. Unius dici biblici unus tantum est genuinus sensus literalis. Sensus vero qui Mysticus dicitur, non tam peculiaris scripturæ sensus est, quàm unius literalis sensus ad res alias significandas applicatio & accommodatio.

8. Scripta illa, quæ nomina virorum sanctorum præfixa habent, genuina sunt. Et fabula est, quod Pentateuchus à Sacerdote Samaritano sit conscriptus.

9. Ver-

9. Verbum Dei, si ἀνεβῶς loqui velimus, non tam instrumentum quam medium est. Augustana quidem confessio instrumenti voce utitur, verbumque Dei instrumentum conversionis vocat; sed ut benè notant Theologi Saxonici ὡς ἐπιτάξις & imprimis, ratione materialis sc. externæ scriptio- nis, prædicationis διανοητικῆς dispensationis, & ministerii, non autem propriè ratione internæ virtutis Spiritus S. verbo communicatæ.

10. Verbum Dei externum & internum non differunt essentialiter. Et sensus Spiritus S. à verbo Dei externo separari nequit.

11. Verbum Dei per se nunquam non ad minimum in actu primò est vir- tus Dei spiritusque & vita: hinc non prius in nobis vivificari oportet, quam fructum ferre potest.

12. Habet verbum Dei, ex ipsius Dei ordinatione, & voluntate etiam an- te & extra usum legitimum, intrinsecam, divinam, & sufficientem, indif- ferentemque ad omnes homines vim, & efficaciam ad spirituales & divi- nos effectus cum gratiosos, & salvificos, tum punitorios, immediatè, verè, ac propriè producendos.

13. Auctoritas S. Scripturæ suis ipsismet κειμήλιis satis sibi constat nec vel in se, vel respectu nostri ab Ecclesiâ proponentis auctoritate pender. Nec Auctoritas N. T. nobis Christianis Major est quam V. T.

14. Textus Hebræus V. T. tam quoad literas, puncta, quam quoad Verba; & Græcus N. T. semper per divinam Providentiam integer & incorruptus conservatus est.

15. Evangelium Matthæi Græcè primitus non Hebraicè fuit scriptum.

16. Librorum illorum, qui nobis interciderunt, nullus ita strictè dictus canonicus fuit, ut ejus jacturâ Universalis Ecclesiæ canon mancus factus sit.

17. Illos vocamus libros Apocryphos, quorum occulta est Auctoritas, non quorum Author nos lateret.

18. Tentata nonnullotum correctio versionis Bibliorum Lutheri ver- naculæ, sive in iis quæ aut exigui, aut nullius sunt momenti, sive in illis, quæ sacro textui viciniora videri possunt, non instructuosa tantum est; sed & scandali plena.

19. Interest, ut S. Biblia in linguas vernaculas sive vulgo cognitatas transfe- rantur, & publicè prælegantur. Laici promiscue omnes ad S. Bibliorum lec- tionem non admittendi tantum, sed & invitandi sunt.

20. Privata sac. literarum lectio & tractatio, ad ædificationem propriam & domesticam instituta, omnibus Christianis communis est: Publica autem Scripturæ prælectio, sive interpretatio, ad totius alicujus particularis Ec- clesiæ

clesiæ informationem directa, soli Ministerio Ecclesiastico demandata & propria est: ad hanc enim vocationem legitimam, & solidam eruditionem requirimus.

20. Perspicuitati S. Scripturæ non obstat, quo minus ad eam rectè & salutariter intelligendam illuminatio Spir. S. requiratur.

### DISPUTATIO V.

#### DE DEO

1. Omnium hominum animis naturaliter insitum est testimonium existentis alicujus Deitatis; & ex solâ etiam hujus mundi Machina, qui probè animum advertit, cognoscere potest existentiam Dei.

2. Speculativè Atheos non per naturam, sed per excoecationem Diaboli ad tempus dari, non judicamus impossibile. Illi tamen qui Deum verbis & factis abnegant, naturalem ejus notitiam habent. Affusæ tenebræ per malitiam, non tollere possunt infusum lumen per naturam.

3. Nulla datur ignorantia Dei invincibilis & inculpabilis, illudq; Deû offendit, quod ab eo perpetratur, qui actu non cogitat Deum. Et Atheismus necessario corruptionem morum infert.

4. Notitia naturalis subordinari debet revelatæ, & illi cedere, nec ad salutem procurandam sufficit.

5. Non rectè dicitur, quod Deus à se ipso sit positivè, quia omnis causa cum effectu distinctionem infert realem, & essentialem; & si Deus à se esset positivè, tum ipse fecisset existentiam suam.

6. Deus etsi desinari non, cum sit infinitus, aliquo modo tamen describi potest.

7. Deus nullum habet corpus, nec membra corporea propriè sic dicta.

8. Digna est ingenio Böhmiaco Dei descriptio *per æternum nihil*: & æque tenebrosa sectatorum ipsius interpretatio, quod Deum concipere absqve respectu ad creaturam, sit nihil concipere.

9. Verius est illud Augustini, inqve naturâ ipsa fundatum, quò plus Deum cognoscimus, eò plus amamus, quàm illud Fanaticorum: quo plus Deum amamus, plus cognoscimus.

10. Essentia Dei una est simplicissima, & infinita, communis tribus personis, & tota in singulis. Quæ non ut genus, aut species, aut totum præjudicatur de Patre, Filio, & Spiritu S. sed alio quodam ineffabili, & incomprehensibili modo.

11. Deus non tantû est nomen potestatis, suâ naturâ multis commune

12. Illi qui naturâ Dii non sunt, *μιμητικὸς* tantum aut *κατὰ δόξαν* tales dicuntur,



13. Nomen  $\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}$  Essentia<sup>2</sup> veritatem, independentiam, incommunicabilitatem, æternitatem, firmitatem & constantiam Dei designat, ita sibi Deus appropriat, ut neget ulli alii esse tribuendum. Hinc affirmamus Nomen  $\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}$  nudè positum, nec arca, nec urbi, nec iudicibus, nec ulli rei creatæ datur.

14. Angelus, cui hoc nomen datur, unus tantum est, non ex communi ordine Angelorum æstimandus.

15. Nomen  $\overline{\text{m}}$  in singulari absolute positum soli Deo competit, ac ipsam divinam essentiam, cum connotatione potentia<sup>2</sup> infinita notat, Deumque religiosè venerandum significat.

16. Regula hæc tenenda: ubi nomen DEI nec absolute, vel idiomatibus infinitis limitatum à Sp. S. usurpatur, summum illum Deum, limitatum autem attributis finitis nuncupativos Deos notat.

#### DISPUTATIO. VI.

### DE ATTRIBUTIS DIVINIS.

1. **A** Tributa divina ante omnem Intellectus nostri operationem revera & proprie sunt in Deo, nec tamen accidentia sunt, nec per modum inhæssionis, compositionis de DEO prædicantur; sed sunt ipsa DEI essentia, unde possunt & solent de Deo etiam prædicari in abstracto ut Deus est iustitia, veritas, via. Propriissimè de DEO dicuntur, utriusque sunt incomprehensibilia.

2. Dicuntur multa attributa, non ipso DEO, & ejus respectu; sed propter distincta effecta in creaturis & propter captum humanum, ad quem in scripturis loquens se accommodat Spir. S.

3. Deus ita in sua essentia est indivisus, ut plures ejusdem rationis Deos esse, simpliciter repugnet.

4. Deus ipsa essentia sua infinita ubique est, nec descensus vel ascensus ejus infert motum localem. Nec solum virtute & operatione, sed & per essentiam est omnipræsens.

5. Per immensitatem suam etiam extra mundum est.

6. Solus Deus æternus est absque omni successione. Etsi æternitatem perpetui instantis animo satis concipere non possumus, intelligimus tamen quod Deum temporis successioni obnoxium facere, summæ ejus immutabilitati haud conveniat.

7. Derogat perfectioni divina, qui Eum rerum futurarum contingentium infallibilem præscientiam habere, negat.

8. An scientiæ simplicis intelligentiæ, & visionis necessario superaddenda

addenda alia sit, quam alii mediam alii conditionatam vocant, disquiritur.

9. Prædictiones DEI sunt certissimæ, non verisimiles.
10. Misericordia DEI naturalis, & peccatorum punitio se invicem non tollunt.
11. Nec justitia, nec misericordia naturalis DEUM libertate sua in exigendis pœnis exuunt.
12. Deus ita sanctus est, ut nullâ ratione, quemquam ad pravas actiones incitet, aut compellat.
13. DEUS ita est verus ut illum deceptorem fingere vel fallere posse, si velit, impium sit.

### DISPUTATIO VII.

### DE SS. TRINITATE.

**I**dei Christianæ propria & celsiora cæteris mysteria duo sunt, alterum SS. TRINITATIS, Incarnationis Dominicæ alterum, per quæ ab omni Infidelium cohorte, Judæis, Ethnicis, Turcis, Anti-Trinitariis &c. secernimur. Hinc necessitas credendi dogma de SS. Trinitate tanta est, ut id non tantum negari, sed etiam ignorari à quovis sine salutis dispendio nequeat.

2. Mysterium SS. Trinitatis ex naturæ lumine nec indagari, nec demonstrari potest, & frustra in gentilium scriptis quæritur.

3. Non fas est in Ecclesia Evangelica nato, doctrinaque ejus de DEO à pueritia imbuto, ulum terminorum Essentiæ, Personæ, Trinitatis, in explicandi Mysterio Trinitatis, jam per continuam universalis Ecclesiæ approbationem firmatum, sugillare: Cum hi termini gravissimis de causis ad detegendam unitariorum malitiam introducti sunt, & pro simplicioribus evidenter explicari possunt.

4. Mysterium hoc in libris V. T. tam clarè & perspicue est propositum, ut Ecclesia illius temporis distinctam trium divinarum Personarum Patris, Filii & Spiritus Sancti in unâ Deitate notitiam ac fidem percipere potuerit:

5. Nulla prærogativa, s. Majoritas, & minoritas inter tres Personas admittenda est. Ordinem originis concedimus, non autem dignitatis.

6. Mariam quartam vocare Deitatis personam gravis est blasphemia.

7. Unitas Dei non obstat Personarum divinarum pluralitati.

8. Nomina & Phrases pluralis numeri de Deo in sacris occurrentes arguunt divinarum Personarum pluralitatem.

9. Tres SS. Trinitatis Personæ minus commodè dicuntur tria infi-

nita, vel tres infinitæ mentes aut spiritus, nec tres substantiæ, nec tria individua. Hisce enim summa unitas & simplicitas in SS. Trinitate enormiter læditur

10. Pluralitatis Phrasin à sanctis DEI viris ad imitationem Polytheismi gentilis adhibitam esse perquam absurdè dicitur.

11. Judicamus licitum esse in articulo SS. Trinitatis terminū Personæ, ὁμοσις, Trinitatis & similibus adhibere.

12. Definitio Personæ, quæ dicitur suppositum intelligens, nec intricata est, nec talis, quæ intelligi nequeat. Nec potest Personæ termino, à tertio usque seculo à totâ Ecclesiâ usurpato, insensus esse, nisi qui ipsi Mysterio Patris, Filii, & Spiritus S. sit insensus, idque cum Socinianis ex Ecclesia eliminatum cupiat.

13. Quando divinitas opponatur idolis, vel creaturis, tum una Persona nominata non excludit reliquas ab ὁμοσις Deitatis.

14. Sabellianum propè & falsum est, statuere ordinem inter Personas SS. Trinitatis esse arbitrarium, adeo ut Pater potuerit esse Filius, & Spiritus S. ipse Pater, si Deitati aliter in consilio æternæ gratiæ placuisset.

15. Qui in operibus ad extra præter differentiam ordinis, quamcunque operationis inæqualitatem respectu divinarum Personarum asserunt, divinæ essentiæ unitatem lædunt.

16. Dictum Johannem de tribus testibus genuinum esse, non ab Hieronymo, vel quovis alio Arianorum hoste intertum.

#### DISPUTATIO VIII.

### De PATRE, FILIO, & SPIRITU SANCTO.

**P**ater est prima Persona SS. Trinitatis reliquis Personis neque tempore neque majestate, nec naturâ, aut essentiâ prior, aut Excellentior DEUS. sed omninò Filio ac Spiritui S. æqualis, ac proprius unigeniti Filii JESU CHRISTI Pater.

2. Prædicata de Patre Deitas quod is sit ὁ μόνος ἀληθινὸς θεὸς vel εἰς θεὸν ex quo omnia, non excludit veram & naturalem Deitatem Filii, & Spiritus Sancti.

3. Generatio activa DEI Patris non confert Patri novam Perfectionem, quæ non sit in Filio DEI.

4. Generationem filii Dei impropiam esse periculosissimè asseritur.

5. Nomen Spiritus S non est merè œconomicum ex œconomia in humani generis opere redemptionis depromptum, sed fuit illud ex processione

cessione ejusdem Personali per æternam Inspirationem, quæ inspiratio non tantum communionem unius essentia, nudamque relationem coexistentia Personalis, sed & veram, realem ac incessantem, nobisqve quoad modum incomprehensibilem unius essentia divini communicationem dicit.

6. Spiritus S. est tertia Persona SS. Trinitatis, ut Pater & Filius per se subsistens, realiter tamen ab iisdem distincta, non nuda proprietas. Nec præcipuus angelus ex numero reliquorum exemptus, & in Trinitatem coopertus.

7. Spiritus S. ab æterno à Patre & Filio per unam indivulsam, & ineffabilem Inspirationem procedit.

8. Scrutinium profundorum Dei, quod Spiritui S. tribuitur, non arguit ejus ignorantiam, aut scientiam imperfectam; sed dicit simplicis intuitus omnia penetrantis, & exactissime cognoscentis scrutinium, quomodo Deus scrutatur renes & corda.

9. Missio Spiritus S. à Patre & Filio, inferioritatem naturæ aut dignitatis non infert.

10. Docuit quidem olim Athanasius, Spiritum S. sedere ad sinistram DEI Patris, æque ut Filium ad dextram Patris. At non convenit nobis in sublimioribus mysteriis ultra Scripturam S. sapere, in primis, cum in divinis Christus ipse non secundum Deitatem dicatur ad dextram Patris sedere sed secundum humanitatem, utpote quæ sola exaltationis capax est.

11. Qui negant credentibus Spiritum S. ipsum; sed dona tantam ejus dari asserunt, illustribus Scripturæ testimoniis refutantur.

12. Novam & illustriorem effusionem, miraculosam super omnem Carnem, quam Apostolis in prima Pentecoste contigit, ignorat Scriptura S. & frustra expectatur.

13. Spiritus Sanctus omnino etiam cum donis ac operationibus suis jam in V. T. fuit, sic tempore V. T. Spiritus *υιοθεσίας* sive adoptionis apud fideles locum habuit, nec potest ille tantum ad N. T. tempora restringi.

14. Tres jam enarrata Personæ sunt *ὁμοούσιος* h. e. ejusdem essentia, unde illa *ωσυχώητος* essentialis; ut Pater sit in Filio, & Filius in Patre, & Spiritus S. in utroque.

#### DISPUTATIO IX.

#### DE CREATIONE.

1. Errat graviter Epicurus putans, mundum fortuito Atomorum concursu factum.

2. Creatio cum sit actio ad extra, communis est omnibus tribus Personis

nis. Cæterum sic creatio tribuenda est SS. Trinitati, ut seruetur or-  
do ac modus in operando; nam Pater creat à se per Filium & Spiritum  
S. Filius à Patre per Spiritum S. & Spiritus S. à Patre & Filio immediate  
creat Tres sunt Personæ creantes, sed unus tantum est creator.

3. Instrumentalis creationis causa nulla est. Siquidem solo nutu  
Deus mundum condidit, nullis adhibitis ministris, vel machinis.

4. Impellens creationis causa est bonitas DEI, quæ affectus fuit ad  
bonitatem suam communicandam: Ordinatrix est sapientia, secundum  
cujus præscriptum DEUS egit, executrix est potentia, quæ libere est usus,

5. Absurdum est materiam DEO facere coæternam. Materia ex quâ  
omnia producta, & in quam ultimò relabi possunt, est nihilum non  
privativè, sed negativè sumtum, quod ab intellectu humano per negatio-  
nem omnium entitatis consideratur.

6. Chaos creatum non solum tantum terram, sed corpora quoque  
coelestia sub se fuit complexum. Quod anima mundi detur figmentum est.

7. Cur mundos plures aut esse, aut fuisse, aut fore unquam cre-  
damus; ratio nulla, vel credere, vel opinari compellit. Contra ut unum  
unicum statuamus, Scriptura jubet, quæ cum accuratè visibilia opera  
Dei recenset, nusquam tamen plurium meminit, adhæc temper mundi  
unici unicum Servatorem tradit.

8. Mundus initium habet, qui huic æternitatem adscribunt vel ab-  
solute, vel secundum quid, gentiles nãnas divinæ revelationi præponunt.

9. Facile eorum retunditur curiositas, qui quærere sustinent: si Deus  
semper condere mundum potuit; cur tam serò condiderit; & anne otio-  
sus fuerit, antequam mundus esset? Nam prioris quæstionis vanitatem  
arguit, quod si vel millies millenorum seculorum myriadibus ante con-  
didisset, eadem tamen quæstio superesset. De posteriori autem res  
plana est, quia ad Dei beatitudinem nihil ex orbe condito accessit, cum  
sua sibi perfectio fuerit, & regnum. Nec otiosus fuisse dicendus: elegit  
enim nos in Christo Jesu ante facta mundi fundamenta.

10. Non alia post diluvium terra, quam initio ea fuit, creata.

11. Cartesianis non concedere possumus, quod mundus sit infinitus.

12. Si simplicitatis Scripturæ, quæ nobis Sacro Sancta esset debet, in-  
harere velimus, credendum omnino erit, aquas supra coelestes existere,  
sidera item moveri, & terram consistere.

13. Cum cælum Dei & Beatorum I. Cor. II. 8. 9. describatur. Ut inco-  
gnitum

gnitum, & melius sit cogitare de cœlo possidendo, quàm cognoscendo, temeraria est cœli cujusdam Empyreï fictio & descriptio.

DISPUTATIO X.

DE ANGELIS.

1. Non ex Gentilismo derivatum ad Papicolas, & ab illis traductum etiam ad alios fuit, quicquid de Angelis, diabolo eorumque potestate in nostrâ Ecclesiâ docetur (ut vult. Balt. Beckerus Minister Amstelod.) sed ex S. Script. petitur, quæ docet existentiam Angelorum, & varias nobis suppeditat apparitiones, & descriptiones.

2. Angelos ante conditum mundum, & hexæmeron Mosaicum creatos esse, non dicitur S. Scripturæ conformiter.

3. Pura naturalia Angelorum non sunt abstrahenda à concreatâ eorum sanctitate, & iustitia.

4. Angeli sunt substantiæ intelligentes, & tum sui ipsius, tum aliarum rerum cognitione, & intelligentiâ quàm maximè pollent. Non autem cognoscunt multa simul & unâ intellectione, sed distinctè & per diversos conceptus, etiam per discursum, & ratiocinationem nec secreta cordium cognoscunt a priori, sed à posteriori.

5. Magnas esse vires Angelorum asserimus, quibus tamen finitos cancellos posuit DEUS in creatione, ut non ipsorum, sed solius DEI infinita sit potentia.

6. Angeli multiplicari non debuerunt, ut homines per procreationem, hinc simul à DEO omnes creati sunt, ac certus eorum ab initio numerus est, qui uti successu temporis non auctus fuit, nec augebitur, ita nunquam etiam deficient.

7. Non ullo merito suo, sed ex mera DEI gratia Angeli, cœlestem gloriam adepti sunt.

8. Boni in bona à Deo confirmati sunt, ita ut nunquam aut excidere, aut labi neque velint, neque possint, Deoque æternum fruantur.

9. Non desinunt esse in Cœlis, quando à DEO emittuntur ad functiones & administrationes varias in orbe terrarum peragendas, & in specie, cum ad custodiam parvulorum adhibentur, sunt enim in terra & pariter stant u confirmati, & in media etiam parvulorum custodia irretito intuitu perenniter faciem omnividentis Dei conspiciunt. Non autem possunt esse in pluribus ubi, simul.

10. Distinctio Angelorum in tres Hierarchias, & cujusque illorum iterum in suos ordines à Pseudo Dionysio Areopagita tradita nullam fidem meretur.

¶ Un. cuiq;

11. Unicuique hominum suum certum datum esse Angelum custodem, suum etiã cuique provinciã, temerẽ, nec satis confirmiter Scripturã Sacrã fingitur.

12. Minus rectẽ Angeli vocantur nostri ministri, vel servi, benẽ tamen nostri custodes.

13. Angeli boni honorandi sunt, & colendi cultu officiosã dilectionis, cultu societatis & imitationis, cultu moralis reverentiã, nullo autẽ modo cultu religioso, & divino; siye ille *δολεία* vocetur, siye *λατρεία*.

14. Mali Angeli non sunt tales ratione Essentiã, sed ratione actus mali habitualis malitiã, perseverantiã & persistentiã in malo incorrigibili, & propter effectus malos.

15. Tempus & momentum lapsus, quodq; inspecie fuerit primum malorum Angelorum peccatum determinari nequit.

16. Cogitationes hominum bonas scit Diabolus non à priori, sed tantum à posteriori, non antecedenter; sed consequenter: malas verò novit, si ipse inspiravit illas, probabiliter autem tantum novit cogitationes malas, si à carnis suggestionem ortã sunt.

17. Qui obsessiones omnes in sacris relatas pro symptomatibus naturalibus habent, Bekkeri vestigiis insistant. Interim non negandum est, quosdam morbos obsessio, Dæmoniã perquam esse similes.

#### DISPUT. XI.

### DE HOMINE.

**H**OMO est à DEO conditus non imperiali verbo, ut coetera animalia, sed familiari Manu, etiam præmissis gratiosissimo illo verbo: *faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*, ut non per iussionis vocem, sed per dignitatem operationis existeret, qui ad conditoris sui imaginem fiebat.

2. Materia ex quã creationis hominis, respectu corporis Virilis terra fuit, argumentum humilitatis, respectu corporis foeminini, costa Viri, argumentum proximitatis & officii utriusque. Evam infantem factam ac infantum more incrementum cepisse, & mulieres non esse homines, Scriptura satis refutat.

3. Ficto corpore, inspiravit Deus homini animam; ut ipsius mundi ex contrariis constantis elementis, similitudinem gereret. Ut autem finxit Deus corpus hominis absque manibus: ita inflavit ei Spiritum creatum absque pulmonibus, Spiraculum illud vitæ à DEO factum non ex DEO.

4. Spiritus

4. Spiritus non est tertia pars essentialis hominis, nec anima rationalis solum, sed & corpus humanum essentialiter constituunt hominem. Sic homo duabus tantum constat partibus essentialibus, anima rationali, & corpore organico.

5. Si omnia fuere valde bona condita, qui E. virium *Αταξια* & inordinata *Ανομια* locum habere potuit, quam nonnulli defendere audent? Num & illam valde bonam appellabimus, *αορβες*. Nihil putabant primi nostri parentes velandum, quia nihil senserunt retrenandum.

6. Adam omnium hominum primus est, totiusque per orbem universum generis humani parens. In Utopia E. quaerendi sunt Praadamitae sive homines, qui non ab Adamo descendant, & ante Adamum diu vixerint, quales non ita pridem *Isaacus Peyrerius* de suo cerebro confinxit, novo commento famam captans, ut ille, qui incendio Dianam Ephesinam absumpsit.

7. Primus homo Adam praeter nomen speciei, non habuit proprium, sed appellatus est nomine speciei tanquam proprio, quia primus fuit & solus creatus.

8. Conjugium primum fuit institutum cum Eva crearetur; ante E. Adami & Evae Copulationem, nullum fuit matrimonium, nulla generatio.

9. Existimamus totum hominem instituto Divinitus Conjugio ex parentibus generari, non immediate a Deo animam creari, & infundi.

10. Varii sunt respectus, secundum quos homo in Theologia venit considerandus, atque hinc varios hominis status Doctores designare solent. Nobis cum *Qvenstedio*, eorum sententia placet, qui considerant hominem vel in statu *viae*, & in domo peregrinationis, vel in statu *Patria* & in Domino aeternitatis; in priori considerari potest iterum triplici modo (1.) in statu nempe integritatis per creationem (2.) in statu corruptionis per peccatum (3.) in statu restorationis per sanctificationem in sanguine Christi. In posteriori statu considerari potest vel in glorificatione, vel in damnatione.

#### DISPUTATIO XII.

#### DE PROVIDENTIA.

Uti parens domesticorum suorum curam gerens, eos fovens, alens gubernans dicitur eis *ωεγοων* I. Tim. V. v. 8 ita quoque paterna Dei cura, quae a se conditas complectitur, providentiae nomine exprimitur.

2. Qui providentiam negat, nil causae habet cur aut Deum credat aut virtuti studeat. Et Philosophorum gentilium omnium deterrimos sequitur, a caeteris sectis plerisque ideo flagitiosae impietatis accusatur.

C

3. Omnia



3. Omnia licet Deus non immediate, mediate tamen & ultimò ex nihilo produxit, adeoq; creaturæ habent esse per participationem ab eo, qui habet esse per essentiam. Unde ex intrinseca rerum creaturarum necessitate fluit dependentia earum à Deo, & quoad esse, & quoad conservari.

4. Omnia quæ informantur, tam forma inamissibili, quam forma amissibili, indigent Dei providentia.

5. Ut sol non inquinatur, licet sordes irradiet; ita nec Deus, cum providentiâ suâ res etiam minimas, & abjectas illustrat; impia vox apud Euripidem est: *Rex mundi magna curat parva fortuna relinquit.*

6. Conservat Deus res omnes positivè & privativè. Positivè, quatenus illud esse, quod in creatione acceperant, perpetuò illis impertit & impertiendo tuetur. Privativè, quatenus res non destruit aut esse suo privat, cum ab eo destrui possint. Porro conservat Deus creaturas dupliciter: (1) cum incorruptibilem esse ita prorogat, ut ab initio dedit. (2) cum in locum corruptibilem & quæ corrumpuntur, semper nova individua sufficit, ad eorum productionem concurrente, ne aliqua species in principio producta esse desinat.

7. Deus agit cum omnibus agentibus creatis immediatè, immediatione virtutis & suppositi. Deus enim ubique essentiâ suâ præsentissimus est omni effectui per suam immensitatem & virtus Dei est ipsamet ejus essentia.

8. Res creatas ordinariè ita gubernat summum Numen, ut eas proprios motus agere sinat. Gubernatio hæc Dei est liberrima, vigilantissima, efficacissima, & in perenni actu posita.

9. Providentia Dei, se etiam extendit ad res malas, non tamen ut causa sit peccati.

10. Ethnici fortunam tanquam Deam olim introduxerunt, eiq; eas assignarunt partes, ut ea in Mundo regeret, quæ certas in naturâ causas non habent. Nos res maximas, fortuitas & casuales à Dei providentiâ gubernari, præeunte scripturâ, profitemur. Et Nobis Fortuna est secreta quædam Dei cura ac favor, cujus beneficio hominum consilia & actiones promoventur, injuriæ vindicantur & deflectuntur pericula.

11. Astrologia judiciaria omnibus legibus ex Republicâ Christianâ exacta, iniquissime in Calendariographis toleratur, utut Cometæ, &c ipso ad spectu suo horrorem nobis incutere, judicii quæ divini super peccata nos admonere & ad poenitentiam invitare debeant, vis tamen aliqua peculiaris & Supernaturalis futura fata significandi iis attribuenda non est.

12. Astris nullum in hominis voluntatem esse influxum necessitantem

ex vero docemur, adeoque in fato Mathematico redarguendo operam collocare frustraneum est. Augustinus hoc fatum fatuum appellat. Fatum Stoicum dicit Seneca Lib. 2. Nat. Quest. C. 36. *Necessitatem rerum omnium actionumque quamvis nulla rumpat.* Adeo ut ne ipse quidem Deus his adamantinis causarum vinculis sit exemptus, sed ipse unâ cum omnibus aliis & alia omnia cum ipso ad indeclinabiles, immobilesque rerum eventus necessariò devolvantur. Jure autem merito ille Epicureus apud Ciceronem fatum stoicum *anum Vadicam* dixit.

13. Habet Deus præcipuam curam singulorum, in Coelis Angelorum, in terris hominum, maximè piorum & fidelium præ omnibus aliis creaturis. Cura illa divinæ beatitudini non repugnat, cum Providentia Dei nullam inferat molestiam, nullam defatigationem. Novit ipse quiescens agere, & agens quiescere.

### DISPUTATIO XIII. DE IMAGINE DEI.

**A**D imaginem Dei primum hominem conditum esse, ex S. literis novimus, ad imaginem angelorum non item.

2. Singulariter Filius DEI Character & imago Patris dicitur, quod Patrem adæquatè referat, quomodo creaturarum nulla imaginis divinæ capax.

3. Christus non est imago Dei in nobis restauranda.

4. Nimis audax est pronunciatum Bellarmini de Grat. prim. Hom. C. 2. scribentis: Nos cogi Patrum Autoritatibus, ut admittamus, *imaginem ad naturam, similitudinem ad virtutes* pertinere; cum tamen Patres hæc in re varii & diversi sint, ut pluribus probavit Gerhardus in Loc. Comm. Tom. 2. Loc. De imaginè Dei §. 26. & seqq. Nos potius Script. S. sequimur, ex qua colligimus: quod imago Dei, ad quam homo creatus, sit specialis conformitas cum Deo, seu *principalis*, quæ vel intellectûs divinam sapientiam representantis, vel appetitus, aut rationalis, propensione ad bonum, Dei sanctitatem figurantis, & facili executione Dei sanctitatem adumbrantis, aut sensitivi, harmoniâ cupiditatum, & affectuum cum rectâ ratione Dei *ἀντιπροσώπου*, castitatem, bonitatem, integritatem exprimentis, s. *minus Principalis*, quæ vel corporis, Dei impassibilitatem, & immortalitatem referentis, vel domini, Dei potestatem effigientis.

5. Imago illa Dei non est homo, sed in homine.

6. Vir *immediatè* conditus est ad imaginem Dei, Mulier *mediatè* I. Cor. XI. v. 7. *Est vir imago & gloria Dei, At mulier gloria Viri est.* Imago Dei prius

viro indita, deinde ad exemplum ejus, quæ in viro erat, in foeminâ expressa, & ita Vir proxime imaginem Dei referat, foemina autem proxime Viri, & eâ mediante, Dei.

7. Imago Dei admittere poterat, & reipsâ admisisset gradus. Perfectior fuit in viro, quam in foemina. Unde etiam in statu integritatis ordo imperantium & parentum locum habuisset, in blandâ & amicâ directione, & gloria prompti obsequii consistens.

8. Fuit utiqve justitia Originalis Dei donum, non autem tale, quod instar externi cujusdam Ornamenti naturam hominis, pugnâ superiorum & inferiorum languentem, texerit, sicut egregia vestis leprosum Corpus; sed fuit intrinsicum totius naturæ in Adamo ornamentum, & concreata vis ac facultas Creatus dicitur homo ad DEI imaginem: E. in ipsâ creatione & per ipsam creationem ipsius natura ad hanc dignitatem evecta est.

9. Quæ Adamus de conjuge suâ dixit in statu integro, non sunt talia, quæ quivis stupidus scire potuisset.

10. Cum primo homine pepigit Deus in Paradyso foedus idque legale, ac stetit Adamus in hoc foedere, & ut caput naturale, & ut caput foederale seu morale. Habet & foedus hoc sigillum vel sacramentum, at nonnullis videtur arbor vitæ.

11. Impositio nominum animalibus facta, si maximè non nisi sensualem differentiam respexit, insignis tamen in homine ingenii argumentum est.

12. Sacrificia in statu integritatis locum non habuissent.

13. Arboris vitæ usus, æque ac reliquorum alimentorum non arguebat internum in homine moriendi principium, nisi ab externo remedio impediretur.

14. Arboré vitæ, & arborem scientiæ boni & mali à Diabolo ita cognominatas fuisse, à falso iisdem adscripto effectu, ut olim eruditissimi Viri senserunt, ob simplicitatem literæ probabile non est.

15. Homo, postquam supercoelestis opificis imaginem amisit, terreni similitudinem assumpsit, rectè inquit Basilus in Pl. 48.

16. Deus Angelos custodes cum bifido & flammeo gladio post hominis lapsum Paradiso apposuit, ne homo inde ejectus, ejusque posterum in Paradisum terrestrem redirent, & arbore vitæ abuterentur, & ut per hoc spectaculum de peccato suo, & ira DEI adversus peccatum commonescerent, ac loco terrestris ad Paradisum Coelestem anhelarent.

17. Imago Dei in altera vita non infert ejusmodi conformitatem, qua Christus Majestatem suam, quam habuit apud Patrem ante facta mundi fundamenta, ita communicet beatis, ut gloria Dei fiat hominum gloria, & sanctitas Dei fiat hominum sanctitas: Gloria enim, & sanctitas, quam  
Christus

Christus ante facta mundi fundamenta habuit apud Patrem, consistit in infinita Majestate, cujus creatura finita, nec in hac, nec in æterna vita capax est.

DISPUTATIO XIV.

DE PECCATO IN GENERE, & PECCATO ORIGINALI IN SPECIE.

1. Discrimen est inter doctrinam de peccato, quam Sp. S. in verbo Dei patefecit, & inter notitias naturales s. disputationes philosophicas de Vitiis. Norma cognoscendi de qualitate peccati est solum verbum DEI revelatum.

2. Nonnulli severitatem quidem DEI stupent, ob unius pomi esum omne genus hominum damnantis; verum ex Philosophiâ Morali jam constat, circa vilissimum sæpe objectum enormiter peccari. Et qui rem rectius expendunt, in primævo illo peccato singula Decalogi præcepta graviter violata probant.

3. Causa ob quam DEUS lapsum Adami imputat Posteris, justitia ejus est, non purum DEI arbitrium.

4. Deus Causa peccati nequaquam censi potest, non physica, ut qui nec malum inspirat, nec infundit, nec facit. Nec Ethica, quippe qui nec imperat, nec fradet, sed prohibet & punit: Nec per accidens, destrueretur enim sic absolutissima Dei simplicitas, ac tolleretur Dei perfectio & scientia. Permittit nonnunquam Deus hominem peccare, non autem homini peccatum permittit.

5. Improperia, nec unquam imitanda, imo in Deum iniqua quorundam locutio est, Deum peccata peccatis punire.

6. Serpens seducens primos parentes nostros in Paradyso, naturalis fuit, ac verus, verum à Diabolo obsessus. Et peccatum primum initium sumsit, non à voluntate, sed ab intellectu.

7. Mirandâ brevitate veram & propriam peccati rationem exprimit *Johannes I. Epist. c. III. v. 4.* dicens peccatum: est *ἀνομία*.

8. Dari peccatum originis, non nisi ex lumine Revelationis constat. Conceptio Davidis non magis quam cujusvis alius peccato inquinata fuit. Nec patiuntur verba Davidis *Pl. vi. v. 8.* sensum hyperbolicæ exaggerationis.

9. In Peccato Originis præter Christum omnes omnino homines & ipsa B. Maria Virgo concepta est.

10. Quamvis per peccatum originis tota substantia hominis miserabiliter corrupta sit, non tamen dictum peccatum est ipsa hominis substantia, sed accidens quoddam, naturæ humanæ per totam vitam tenacissimè inhærens.

11. Ob solum peccatum Originis damnari aliquis potest. *Ὁ ψῶν τῆς ἀμαρτίας ζῶνται*.

C 3

11. Non

12. Non peccatum O. formaliter consistere in nudâ privatione, sed simul aliquid positivi includere, inculcamus ad ductum scripturæ, quæ nobis peccatum sistit ut positivum quid, dicitur enim macula, Concupiscentia *Gal. V. v. 17.* inimicitia adversus Deum *Rom. VIII. v. 7.* malum inhabitans *Rom. VIII. v. 17.* &c. quæ omnia positivæ qualitates sunt, ex quibus constat, hic aliquid Positivi adesse.

DISPUTATIO XV.

DE PECCATO ACTUALI, ET IN SPIRITUM S.  
AC FILIUM HOMINIS SPECIALITER SIC DICTO.

1. Innumera peccatorum actualium soboles, originalis peccati matrice concepta, pravæ concupiscentiæ obstetricatu in lucem editur. Ex hoc fonte venenato, & radice amarissimâ procedunt omnis generis peccata, malæ arboris fructus pessimi.

2. Motus primo primi sunt peccata actualia, non ipsum Originale.

3. Fanaticis persuasionibus annumeramus opinionem illam, quod in Regentis perversæ inclinationes frequentibus exercitiis ita debilitentur, ut motus earum raro à regentis sentiantur. Somnium & de perfectione juxta legem, & sanctitate quâdam Angelicâ, ad quam in hac vitâ pervenire possumus, explodendum omnino est.

4. Male affirmatur abs nonnullis Fanaticis, quod peccatum apud regentos furorem suum non nisi in carne atque membris prodat, ad mentem verò, & regnantem animæ virtutem ex regeneratione provenientem, quamdiu Spiritus DEI cor inhabitat, non pertingat. Primarium enim subjectum peccati cujuscunque est anima cum suis potentiis & facultatibus, ut proinde peccatum non possit furorem in carne, atque membris prodere, quin simul ad animam pertingat.

5. Nomine peccatorum actualium comprehenditur peccatum Omissio- nis; quamvis omissio est actus debiti negatio, tamen plerumq; conjunctum habet actum contrarium indebitum.

6. Opinio illa, quod quædam peccata sint suâ naturâ venialia, ac tam minuta, ut non sint contra legem, vel morte digna, ut Pharisaicum commentum à Christo repudiatur *Matth. V. 5.*

7. Qui negant in infantibus lac maternum adhuc sugentes, verè & propriè dicta peccata actualia cadere, & ab illis committi conradicunt script, *S. Gen. VI. v. 5.* & *Cap. VIII. v. 21.* &c. ac precibus Ecclesiasticis in Baptismo Infantum in Ecclesiâ nostrâ usitatis: Wir bitten dich durch dieselbe deine grundlose Barmherzigkeit / du wollest diesen N. gnädiglich ansehen &c. das

durch

durch diese heilsame Sündfluth an ihm ersäuffe und untergebe / alles was ihm von Adam angeboren ist / und er selbst darzu gethan hat.

8. In Renatis est peccatum verè tale contra legem pugnans : Interim in iis non dominans.

9. Unum à Christo statuitur peccatum irremissibile ; Peccatum sc. in Spiritum S. terminativè , de quo rectè pronunciat *Augustinus* Serm. II. de verbo Domini : Quod Deus exercere nos voluerit difficultate quæstionis de hoc peccato cum in omnibus Scripturis S. tortè nulla major , nulla difficilior inveniatur.

10. Quamvis lex non habeat notitiam Christi ex se , tamen accipit notitiam ex collustratione Evangelii , & sic peccatum in Spiritum S. est *ἀνομία*

II. Peccatum in Spiritum S. est veritatis Evangelicæ *ἀντίθεσις* . Legalis *ἀντινομία* agnitæ abnegatio , vel secundum totum , vel secundum aliquam ejus partem , profecta ex odio s. radice , facta ab homine indurato & oblitinato , spontè *ἐκ προαιτίας* s. ex destinato proposito , cum truculenta ejus oppugnatione , & hostili , sive ore , sive corde conceptâ , contra accusantem conscientiam , cum blasphemia , & impoenitentia finali conjuncta.

12. Male concludunt nonnulli ex Marc. 3. v. 29. peccatum in Spiritum S. illud tantum esse , quo opera miraculosa , à Christo virtute Spiritus S. parata , Diabolo adscribuntur.

13. Peccatum in Sp. S. & olim & hodie committitur , ac in futurum committi potest.

14. Cum peccatores in Spiritum S. omnia media conversionis & salutis rejiciunt , itaque etiam peccatum ejusmodi fit irremissibile.

15. Putamus quod pro peccatoribus in Spiritum S. non sit orandum , quando nobis constat , quod tales sint.

16. Matth. XII. v. 32. & Luc. XII. v. 10. mentionem facit Salvator noster & blasphemiam s. peccati in Filium Dei , quæ est doctrinæ Evangelicæ aut nondum agnitæ per ignorantiam oppugnatione , aut agnitæ ex infirmitate & metu periculi , sine ullâ tamen blasphemiam , abnegatio.

17. Dicitur hoc peccatum remissibile , quod remitti possit propter absentiam *ἀντιθεσις* & concursus requisitorum , peccato in Spiritum S. à priori essentialium.

#### DISPUTATIO XVI.

#### DE LIBERO ARBITRIO sive VIRIBUS HUMANIS.

1. **Q**uæstio de libero arbitrio , ut rectè ait Augustinus L. I. de gratiâ Dei contra

contra Pelag. c. 47. & lib. 4. contra Jul. c. 8. ubi de arbitrio voluntatis, & Dei gratia disputatur, ita difficilis est ad discernendum, ut quando defenditur liberum arbitrium, negari Dei gratia videatur; quando autem asseritur Dei gratia, liberum arbitrium putetur auferri.

2. Titulus Liberi arbitrii ortum habet ex philosophia Platonica, cum enim Stoici fatalem omnium actionum necessitatem statuerent, Platonici sese opposuerunt, & libertatem arbitrii nimis extulerunt; Cumque Patrum nonnulli ante conversionem, Platonice Philosophiæ addicti fuerunt, inde factum, ut post conversionem terminos philosophicos sæpe retinerent, & ad dogmata fidei accommodarent, inter quos etiam fuit titulus liberi arbitrii, jam Ecclesiasticus factus; & primum, sensu dextro intellectus de *libertate in civilibus*, sed postea à Pelagio sinistro acceptus & ad asserendam libertatem in spiritualibus male detortus.

3. Hypothesis nonnullorum Fanaticorum, plus quam Pelagiana est, affirmantium, quod homo ex naturalibus Viribus, sine omni lumine gratiæ, excellentem Verbi divini notitiam consequi possit, & quidem tantam, ut dicta scripturæ difficultia explicare, illustrare, & à corruptelis vindicare, imo ut totam fidei analogiam sine errore cognoscere, deque ea cum aliis loqui, concionari ac disputare queat.

4. Non sunt tolerandæ propositiones & synergistarum: factio prædicationis fundamento, posse hominem aliquid, quanquam languidum & modicum, ad conversionem suam conferre, & majoris voluntatem esse *πρωαιτιον* Conversionis. Et Rathmanni: In naturâ hominis lumen esse, ex quo conversio profluat, Et Dreieri: Hominem libere converti. Quæ omnia castigantur à Paulo Philipp. 2. v. 3.

5. Lutherum ob nominis *Liberi arbitrii* in *servum arbitrium* mutationem sine omni causa fugillant Papicolæ: *servum* enim optimo jure nuncupatur respectu conversionis, quippe ad quam homo suis viribus neque se præparare, neque efficienter concurrere potest, ac innuitur dicto Christi Joh. VIII. v. 34 & Pauli Rom. VI. v. 20. Accedit & Augustinus, qui jam olim diu ante Lutherum eandem arbitrio appellationem variis in locis tribuit.

6. Quatuor sunt status liberi arbitrii (1.) ante lapsum in naturâ integrâ (2.) post lapsum in naturâ corrupta ante renovationem (3.) post reparationem naturæ lapsæ per Filium Dei, & renovationem per Spiritum S. & (4.) post glorificationem ubi nulla erit infirmitas. De secundo statu recte & verè dicitur: Quod voluntas in conversione se merè habeat passivè. Imo potius asserimus, nullas liberi arbitrii vires in spiritualibus hominem

hominem habere per naturam, ut ne quidem habeat potentiam passivam conversionis gratiam admittendi. Rom. 8. v. 7. De tertio verò certum est in eo voluntatem non esse otiosam.

7. Falsum est omnes errores esse in voluntate, nullos in intellectu.

8. Mens non renati est obtenebrata, voluntas Deo inimica, peccata serva, imo in peccatis mortua, unde opus est illuminatione mentis, & renovatione seu conversione voluntatis per Sp.S. quæ renascentia est opus non minoris virtutis, quàm creatio, id circo eidem utrumque adscribendum.

9. Totum ministri Ecclesiæ officium, & dona quibus illud administrat, est à gratia, non à naturâ, si maximè minister sit irrogenitus.

10. Objectum liberi arbitrii est Lex divina, cujus opera alia sunt interna, externa alia. In priori tabula Deum, in posteriori proximum respiciens: utrobique tam intensivè, quàm extensive omnia debent esse perfecta. Homo autem nec ante regenerationem, solis naturæ legibus, præcepta Dei facere, nec post eam, legem Dei perfectè observare, atque implere potest.

11. Nil absurdi tentat Deus, cum exigit ab homine, quod is præstare nequit. Nec æque facilis est homini conversio ad Deum, ac fuit ab illo aversio. Neque quisquam hodie est, qui naturaliter seriam voluntatem habeat præstandi ea, quæ Deus jubet.

12. Doctrina hæc de servo arbitrio non repellit hominem à conatu aut amore virtutis, multò minus desperatis eum vitis immergit.

13. Veteres Doctores in hoc articulo interdum incommodè, & extra certamina sæpe securius locuti sunt.

#### DISPUTATIO XVII.

#### DE BENEVOLENTIA DEI UNIVERSALI.

1. DEUS à parte sui voluntate antecedente, & ordinatâ omnium & singulorum hominum salutem vult.

2. Particularismus sædum monstrum est, quocunq; modo pingatur, & coloretur.

3. Vocatio hominum ad Ecclesiam ex primâ Dei intentione est Universalis, & præcepit Christus Discipulis suis, ut Evangelium prædicarent omni creaturæ. Mandatû illud fideliter in rem fuisse collatum, ipsi Apostoli testantur. Sonum Apostolorum exivisse in omnem terram, inquit Apostolus Rom. X. 18 Evangelium pervenit in totum Mundum, & fructum profert Colos. 1. 6. v. & 23.

D

4. Vocat



4. Vocatio Dei per verbum ad Ecclesiam est Universalis, licet vocationis gratia sit valde inæqualis; Gratia omnis, adeoq; & Vocationis est quid indebitum, habetq; suam mensuram, quam justas habere causas censemus etsi non semper satis nobis cognitæ, ac perspectas. Refertur illud debet ad inscrutabilia Dei judicia, quæ non possunt non esse iusta & ad sapientiæ ejus inpervestigabile abyssû.

5. Fides non ingreditur electionem ut causa movens, sed est conditio prærequisita & prævisa.

6. Fundamentum benevolentia hujus universalis divina est interventio Filii Dei; hinc dicitur nobis gratia data in Christo Jesu ante tempora secularia 2. Tim. I. v. 9.

7. Distinctio voluntatis Divinae, quæ Deus vult hominum salutem in antecedentem, & consequentem, quarum illa est intentionis; hæc executionis, illa tendit in hominem ut hominẽ, hæc ut modificatum *εἰς* vel fidei, vel incredulitatis; & in Scriptura S. & in antiquitate suum habet fundamentum.

8. Voluntas vocationis & conversionis non est tantum externa, sed & interna, non signi tantum, sed & beneplaciti, non *ἀεργός*, sed *ἐνεργητικὴ*, conjuncta non tantum cum actu oblationis; sed & cum affectu collationis.

9. Conficta distinctio est Calvinistarum inter voluntatem legislativam, & decretivam; quæ justum sanctumq; in Deo affectum penitus evērit.

10. Efficacia divina gratiæ non consistit in vi quadam irresistibili.

11. Deus nulli homini ante finem temporalis vitæ terminum salutis obviandæ peremptorium statuit, ut nulla amplius spes, veniam æternamq; vitam consequendi supersit.

12. Jure consultis, à quibus peremptorii termini nomen petatum est, adversatur contradicentium thesis: utpote ex quorum principiis terminus peremptorius in notitiam citati necessario pervenit, secus atqve hic fieri perhibetur.

13. In excessu peccavit Mich; Molinosii pietas, cum, si alicui revelaretur, Deum ipsum absolutè damnare velle, eidem injunxit, ut voluntati divinae etiam usq; ad æternam damnationem se resignaret. Impium enim est, rem tam injustam & horridam de Deo vel cogitare.

DISPUTA.

DISPUTATIO XVIII.

DE BENEVOLENTIA DEI SPECIALI PRÆDESTINATIONE FINALITER CREDENTIUM AD VITAM ÆTERNAM, ET DE REPROBATIONE.

1. Dogma de prædestinatione nec totum nec quoad aliquam sui partem ita supprimi debet, ut omnes de illa disputationes tanquam non inutiles tantum; sed & perniciosæ, ex Ecclesia proscribantur.

2. Electio & prædestinatio unum idemque denotant; neque enim cum priscis nonnullis facimus, prædestinandi vocem ad reprobos extendentibus, quæ acceptio in SS. literis non fundatur.

3. Propriè & Biblicè loquendo non omnes & singulos homines; sed paucos ad vitam æternam elegit Deus; credentes nimirum in Christum, & in fide illa ad finem usque vitæ perseverantes. Quantum sit hic numerus, soli DEO constat. Ex SS. novimus, in ordine ad reprobos exiguum esse.

4. Somnium est auctoris novi Evangelii, numerum Electorum majorem esse numero reproborum.

5. Gentilium infantes electos esse, probabile non est.

6. Decretum Prædestinationis, ultimatè sumtum non est à causa extra Deum impulsiva absolutum; sed intuitus meriti Christi, à nobis apprehensi, sub ratione causæ meritorie impulsivæ decretum Electionis antecedenter ingreditur.

7. Bona opera sunt notæ Electorum non electionis causa.

8. Cum Electio non dependeat à Stoica & fatali quadam necessitate, nec ex absoluto aliquo decreto; Sed (1.) ex Consilio Dei æterno, firmo, & immoto (2.) ex ineffabili fidei perseverantis scientia, inculcamus; quod ad æternam salutem Electi electione sua excidere, aut perire nequeant.

9. Possunt autem Electi per peccata mortalia & proæretica Spiritum S. excutere, ac fidem & gratiam ad tempus totaliter amittere, non verò finaliter.

10. Decretum reprobationis non est absolutum; sed conditionatum, factum secundum præscientiam finalis incredulitatis.

DISPUTATIO XIX.

DE CHRISTO INCARNATO.

1. Fundamentum Ecclesiæ ac Religionis Christianæ unicum & immotum est Filius Dei Dominus, & Redemptor noster Jesus Christus. In cujus verâ agnitione, & fide æterna beatitudo, & salus nostra potissimum sita est.

2. Maximum omnium opus Dei, maximèq; admirandum, quod multò magis omnes Angeli, quàm ipsam rerum creationem obstupescunt, & cujus consideratio præcipua erit, & tamen inexhausta cœlestis Ecclesiæ sapientia, est conceptio s. incarnatio Filii Dei, quæ est miranda, & ineffabilis unio duarum naturarum Divinæ Filii Dei, & Humanæ ex substantia Mariæ Virginis assumptæ, ita ut sit una persona Jesus Christus, Mediator ac Emanuel, æterno Deo Patri, & nobis hominibus ὁμοιος.

3. Deum in conceptione Christi adiecisse id, quod ex parte Viri ad producendam prolem requiritur, impurum commentum est.

4. Hypostasis τῷ λόγῳ facta est carnis hypostasis, quæ inde dicitur ἐνυπόστατος, h. e. in Persona Filii Dei (non in se ipsa) subsistens.

5. Sicut Caro per unionem, in λόγῳ est non extra, sic λόγος est per unionem in carne, non extra. Quicunq; igitur dicunt, hanc carnem subsistere extra τὸν λόγον, vel τὸν λόγον subsistere extra hanc suam carnem, illi personæ unitatem, quantum in ipsis est, divellunt, quicquid etiam prætexant.

6. Facta est unio duarum in Christo naturarum non transmutatis, aut corruptis naturis, ut elementa in mixtis uniantur, nec per convesionem, nec κατὰ κρείσσιν, ἢ σύνχυσιν, ἢ συναθροισμὸν ἢ πρὸς θῆσιν, ἢ κατὰ ξίαν &c. in quibus modis omnibus, compositum nulli eorum, ex quibus componitur, consubstantiale est, nec appellationem eorum retinet: non κατὰ ἕσιν, sed πρὸς θῆσιν; ita ut ambæ in Christo naturæ, unam tantum Personam, Christum constituent.

7. Minus propriè locuti sunt nonnulli: qui hominem à Filio Dei assumtum esse dixerunt.

8. Corpus Christi unum saltem est non duplex, Spirituale & humanum. Nec ante incarnationem homo fuit, sed Deus tantum.

9. Nulla causa veniendi fuit Christo, nisi ut peccatores salvos faceret: tolle morbos, tolle vulnera, & nulla erit causa medicinæ.

10. Cum omnia vaticinia de Messia exactissimè conveniant Jesu Salvatore nostro; hinc firmiter colligimus, illum verum promissum Messiam esse.

11. Ut Quackerorum quorundam Insania, omnes de Christo historias in meras allegorias sub pietatis specie transformans, plane detestabilis est; Sic laudanda è contra eorum industria, qui Christum totius scripturæ nucleum, etiam in V. T. ubicunq; argumenta probabiliora id permittunt, studiose quærun, & detegunt.

12. Christum

12. Christum Davidis Filium non tantum legalem, sed utiq; naturalem fuisse, ex ejus propria revera ortum, testimonia S. Script. sat comprobant.

13. Locutio quorundam Calvinianorum: *Christus est Massa Adamica corrupta particula*, merito impietatis castigatur à Theologis orthodoxis.

DISPUTATIO XX.

DE COMMUNICATIONE NATURARUM, ET COMMUNICATIONE IDIOMATUM.

CUM duæ in Christo naturæ *ἰσότητις καὶ ἀρετῆτις καὶ ἀσπυχῆτις* unitæ sint, ita ut non unam naturam ex duabus confusam, sed unam tantum Personam constituent; sequitur etiam naturarum communicio, seu *κοινωνία* in concreto talis, ut verissimæ sint propositiones: Filius hominis, est Filius DEI vivi. Christus homo est verè & naturâ DEUS. Christus Filius David; est JEHOVA in Excelsis &c.

2. Prædicationes, quæ ex communicatione naturarum resultant Personales, non sunt identicæ, non essentielles, nec accidentales, vel Paronymicæ, nec ad ullum prædicandi modum logicum exactè reducibiles; sed inusitatæ (non in Theologia; sed in circulo Philosophico) non tamen verbales, aut improprie; sed reales, atq; proprie, uti & ipsa unio est.

3. Prædicantur idiomata divina de H. N. per denominationem non extrinsecam sed intrinsecam. Ab abstractivis prædicationibus e. g. Deitas est passâ, merito abstinemus.

4. Proprietates suas divinas s. infinita *ἀρχήματα λόγου* carni assumptæ realiter communicavit.

5. Rectè dicitur, omnia attributa divina esse Naturæ H: communicata, item quædam, item nulla. Omnia communicata sunt quoad inhabitacionem & possessionem. Quædam saltem quoad immediatam prædicationem & enunciationem. Nulla sunt comunicata quoad è subjecto in subjectum transfusionem.

6. Certi & diversi gradus communicationis idiomatum dantur. Quæstio autem de numero graduum, vel generum communicationis idiomatum non ad fidem, ejusq; constitutionem; sed ad methodum docendi pertinet, hinc alii duo, alii tria, alii quatuor idiomatum genera numerant. Mediam sententiam nos tenemus.

6. *λόγου* Carni assumptæ omnipotentiam i. e. potentiam infinitam, ac verè divinam realiter comunicavit; sic ut illa ab hac non extrinsecè saltem, sed quàm maximè intrinsecè denominetur.

7. Sic & Filius Dei carni, personaliter sibi unitæ, infinitam suam scientiam, quam omniscientiam vocamus, verè communicavit.

8. Carni assumptæ & *Μα* Majestatem omnipræsentia suæ verè communicavit; sicut caro Christi in regno præsentia præsens sit omnibus creaturis, tam in cœlis, quam in terris, præsentia non virtuali tantum, sed & substantiali.

9. Potestas & virtus vivificandi divina & infinita Christo secundum carnem etiam communicata est, quæ omnem vitam naturalem, spirituales & æternam, in regno potentia, gratia & gloria & conferre potest, & actu confert.

10. Una numero adorabilitas *Ε* *Μα* H. Christi naturæ, quoad non possessionem tantum; sed & usurpationem verè competit; Sic ut totus *Ιεσ* *Ιρω* totaliter consideratus secundum N. non tantum D. sed & H. uno actu adorationis divine religiosèq; sit colendus.

11. Temerè & absurdè negatur, Christum in diebus carnis fuisse adoratum & à discipulis pro Deo agnitum.

#### DISPUTATIO XXI.

#### DE OFFICIO CHRISTI MEDIATORIO.

1. **E**Um in finem Filius Dei humanam naturam in tempore assumfit; sibiqve personaliter univit, ut secundum utramqve naturam opus Mediationis, & redemptionis perficeret. Non autem Metaphoricè & analogicè, sed propriè omninò Christus noster mediator est.

2. Unicus noster Christus & redemptionis, & intercessionis mediator est. Nec B. virginem, aut quemvis alium habet in officio hoc socium.

3. Quamvis nonnulli duplex officium Christi faciant, Propheticum Sacerdotali includentes, malumus tamen tripartitam distinctionem retinere, atqve inculcare: quod officium Christi sit triplex, Propheticum, Sacerdotale, & Regium.

4. Christus non est Rex mundanus, neqve talis futurus est ante finem mundi.

5. Munus propheticum Christi consistit generaliter in voluntatis divinae annunciatione, specialiter in plenaria doctrinae Evangelicæ expositione, & vera interpretatione.

6. Officium Christi sacerdotale non ratione tantum, sed re ipsa à Regio differt.

7. Chri-

7. Christus unico sacrificio pro omnibus totius mundi, & Originali, & Actualibus peccatis satisfecit, ut nulla reiteratione ejus opus sit. Et satisfecit non tantum pro peccatis, sed & omnibus peccatorum poenis tam temporalibus, quam æternis.

8. Sacrificia V. T. absolute & per se non merebantur remissionem peccatorum, sed tantum relative & propter aliud, cujus typi erant, nempe propter Christum aliquando sacrificandum, quatenus fide apprehendebatur, atq; is adeo strictissime loquendo unicum sacrificium propitiatorium V. & N. T. est.

9. Præter imò contra scripturam duplex fingitur redemptio; alia, quam Christus in Cruce pro nobis præstitit, alia, qua in nobis sanctificationem perficit; cum una eademq; numero sit, sive extra nos spectetur, sive ut fide nobis applicetur.

10. Falsò dicitur satisfactionis Christi nec rem, nec nomen in sacris literis extare.

11. Satisfactio Christi absolute fuit necessaria. Et propriè loquendo non fuit civilis, sed criminalis.

12. Pretium redemptionis nostræ, quo Christus justitiæ divinæ satisfecit, formaliter est tota Christi obedientia, non illa tantum, quam patièdo, sed etiam illa, quam agendo præstitit.

13. Satisfecit Christus pro omnibus omnium hominum peccatis, pro impenitentia finali peccatorumqve poenis.

14. Mors Christi in Ara crucis ipsum sacrificium, non ejus tantum preparatio fuit. Atqve id omne complectitur intensive, quod omnes omnium hominum cruciatus complexi essent extensive, extensione tam longitudinis, quam latitudinis.

15. Unam guttulam sanguinis suffecisse ad satisfaciendum pro nobis æterno Patri, phrasis Ecclesiæ & Patrum est, non Script. S.

16. Recte Origenes ad Celsii objectionem: Cur Christus, si Deus sit, tam multa sit passus, cum pauca ad redemptionem suffecissent? Respondet: Non redimere nos tantum, sed & constantiæ & patientiæ exemplum nobis relinquere debuisse Christum.

17. Meritum Christi est valor ille satisfactionis Christi coram Deo, cujus valoris æstimatio cum intellectu divino fuerit æterna, ipsum meritum etsi ordine posterius satisfactorio actu; tempore tamen prius in V. T. & ab æterno extitisse rectè dicitur.

18. Non

13. Non in valore satisfactionis, sed fide & applicatione peccantium culpa est, quod multi pereant: satisfactione enim aliunde acceptâ non liberantur statim ipso jure omnes indifferenter res; sed oportet, ut *ἀναγινωσκον* agnoscant.

19. Non tantum de curâ nostri ex potestate accepta explicari potest, & debet intercessio Christi; sed vera etiam & propria pro nobis est in cœlo: vi enim meriti ac satisfactionis à se præstitæ apud Patrem cœlestem pro nobis vere intercedit.

#### DISPUTATIO XXII.

### DE STATIBUS CHRISTI, EXINATIONE, ET EXALTATIONE.

1. **D**UO non plures sunt Christi status, exaltatio nempe, & exinatio, quorum hic in communicatæ Majestatis divinæ vera & realis, voluntaria tamen, & temporaria abdicatione consistens, aqve primo conceptionis momento ad ultimum momentum; seu usq; ad tempus sepulturæ include, sive usq; ad vivificationem & reduntionem animæ & corporis in sepulchro durans.

2. Alio respectu Christus servus Patris, alio ejusdem Filius dicitur.

3. Sudor sanguineus Christi ad radices montis Oliveti pro nobis largissime profusus vere talis fuit, ast non naturalis; sed supernaturalis, & miraculosus.

4. Christus morte sua regnum Diabolorum destruens imperium in eos exercuit, non meritorie demum acquisivit, neqve subjectus fuit morti naturaliter, sed sponte eam subiit.

5. Mors Christi non tam pacificis & voluntariis tantum, quam expiatoriis sacrificiis V. T. respondet.

6. Ut Christum vere mortuum defendimus; sic inculcamus, animam Christi mortui, etiam quoad distinctum locum s. *πῦρ*, à suo corpore in triduo mortis vere separatam fuisse.

7. Ex dissolutione verò animæ à corpore non est inferenda duarum naturarum in Christo dissolutio: Licet enim unio naturalis inter animam & corpus disrupta sit: unio tamen Personalis inter *λόγον* & naturam assumptam intercedens, non fuit soluta, sed mansit Divina natura in Christo vere cum anima, quæ tum erat in Cœlo, & vere cum Corpore in sepulchro unita.

8. Ita asserenda est mortis Christi veritas, ut non negetur naturæ ejus humanæ integritas. Christus *Ἰεσὺς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ* E. non tantum ante mortem,

mortem, sed etiam in ipsa triduanâ morte, verus, essentialiter perfectus, & maximè eminenti modo dictus homo fuit, & permanfit secundùm S. Scripturæ sensum.

9. In Exaltatione non data est Christo nova potentia, virtus aut Majestas, quam antea non habuit; sed collata tantum ei fuit plena facultas administrandi ejus regni, quod per ipsam unionem acceperat.

10. Christus homo suscitavit se ipsum ex mortuis, virtute divinâ, unione sibi communicata.

11. Nihil sanguinis Christi unquam computruit, ac corrumpi potuit.

12. Verè descendit ad inferos descensu non Metaphorico s. figurato; sed reali ac Triumphali. Et hic descensus non spectat ad statum aliquem Christi intermedium, sed ad statum exaltationis.

13. Christus corpore suo glorificato per clausum sepulchri ostium, clausasq; *canaculi* januas miraculosè penetravit.

14. Non tantum corpore sursum elevato ascendit in cœlum Beatorum, sed & ascendit super omnes cœlos, adeo ut terminus ascensionis strictè solum quidem sit cœlum Beatorum, terminus verò ascensionis laxè sic dictæ sit ipsum cœlum Majestaticum.

15. Sedet ad dextram Dei non secundùm utramq; sed tantum secundùm H. naturam.

### DISPUTATIO XXIII.

#### DE CONVERSIONE. ET POENITENTIA.

1. **D**ari posse conversionem & Poenitentiam salutarem ex solo naturæ lumine, quod Deum non tantum ut offensum, sed & placabilem menti humanæ offerat, derivandam, citra fidem in Christum, vanum *Naturalistarum* Commentum est.

2. Homo quamvis per suam malitiam à DEO se avertat, est tamen *ἐκ τῆν ἀδυνατίων*, ut denuo ad Deum salutariter se convertat, nisi Deus virium defectum gratiâ suâ suppleat, novasque vires redeundi ad saniorum mentem, & credendi in Christum misericorditer largiatur.

3. Subjectum, quod convertitur, est homo, in peccata prolapsus, adeoq; ineptus ad spiritualia cognoscenda, vel amplectenda, sed qui gratiæ divinæ obicem non ponit.

4. Verbum DEI in conversione hominis non agit per nudas suasiones morales, sive per vim solum plausibiliter per ipsam proponendi nobis Objectum amabile: Hæc enim svasio moralis præsupponit vires liberi arbitrii, quæ in conversione nullæ sunt; nullaque est rerum, quæ  
E in verbo



in verbo DEI proponuntur, congruentia, sive cum intellectu, sive cum voluntate in se considerata. Hoc contra Calvinianos & Arminianos notandum, qui afferunt verbum tantum per modum svasionis fidem donare. Tractus Patris non est actio *violenta* sicut Nautæ trahunt navem. Non *physica*, qualis est tractio magnetica, nec mere *Moralis* sicut Adolescens stulto amore trahitur ad meretricem Prov. 7. vel Draco trahit exemplo Apoc. 12. Sed tractio hyperphysica, svavis tamen ac amoriflua. Of. II. v. 4.

5. Per gratiam convertentem, verbo audito & lecto inditam, inclinatur hominis intellectus & voluntas non quidem per Physicam & irresistibilem prædeterminationem; sed partim moraliter per imperium, exhortationem, correptionem, svasionem; partim supernaturaliter, modo inexplicabili.

6. Quamvis gratiam inhabitantem homini ex justo iudicio Deus subtrahit, gratia tamen convertente, & revocante eidem perpetuo assistit.

7. Non sequitur; Si primus motus gratiæ prævenientis est inevitabilis, est etiam inevitabilis ejus eventus, seu ipsa conversio, & sic convertimur irresistibiliter. Nam licet homo non possit impedire, ne primus motus oriatur, habet tamen in ipso primo motu libertatem resistendi, & potest per morosam voluntatem gratiæ prævenienti obicem ponere, tam excutere, & resistendo ipsam sui conversionem impedire.

8. Placuit quandoq; Deo, pro liberissima voluntatis oeconomia in certo individuo ad peculiare munus destinato, vel ad divitias gratiæ in eo demonstrandas, vel ob quamcunq; causam aliam nobis incognitam, in conversione modum quendam extraordinarium usurpare: utrum autem ille irresistibilis plane fuerit, aut resistibilis, disquiritur inter Theologos, posteriori subscribimus.

9. Pœnitentia Conversionem transitive sumtam, subsequitur, quæ conversio est; sed intransitive accepta, cum sit actio immanens homini viribus gratiæ jam instructo.

10. Promissio Dei apud Ezechielem de peccatore in gratiam recipiendo non ad unam gentem aut ætatem, sed omnes omnino homines, nec ad leviora tantum, sed maxime ad graviora peccata pertinet.

11. Pœnitentia versatur inter duos terminos, quorum unus est à quo sc. vitæ male acta, unde oritur dolor & contritio, alter est ad quem sc. Deus, ad cujus gratiam per fidem patet aditus.

12. Janua

11. Janua poenitentiae patet omni etiam infinites lapsis, Et renati opus habent quotidiana poenitentia.

12. Etiam qui post agnitam veritatem in habitualia peccata prolapsus est, veniam consequi potest, & actu consequitur, si de peccatis suis doleat & serio convertatur.

§. 14. Ex iusto iudicio omne lumen naturale, & supernaturale ad Poenitentiam disponens indurato denegari, id manifeste falsum est: manet utique in hominibus induratis, qui in Ecclesia vivunt, bonum Dei Verbum, quod illi audiunt & intra memoriam retinent, lux lucens in loco caliginoso (etiam excoecatorum) donec Lucifer oriatur. E. ortus Luciferi non simpliciter denegatur induratis

15. Actiones poenitentes exteriores non possunt vel pro vera vel pro quasi materia aut sensibili elemento Sacramenti venditari.

16. Privata peccatorum confessio coram Ecclesiae Ministro iure retinetur in nostris Ecclesiis, non sub conditione necessitatis, sed ut ritus perutilis. Et non est necesse ad remissionem peccatorum impetrandam, ut eorum omnium, quorum meminisse potest poenitens, sacerdoti distincta fiat confessio.

17. Quod confessionario detecta scelera semper & omni casu debeant plane clam haberi, scriptura non docet.

18. Absolutio Ministri quoad sensum semper est conditionata.

19. Per se nil inhonesti inest mori illi antiquo, quando nummus, qui dicitur confessionalis per *Beicht Pfennig*) offertur Confessionario; quem & Confessionarius salva conscientia accipere potest.

20. Poenitentia ante actam vitam etiam in extremis, ubi fructuum bonorum tempus nullum suppetit, salutaris est, vi meriti Christi.

#### DISPUTATIO XXIV.

#### DE JUSTIFICATIONE,

1. Justificationis vocabulo forensam & judicialem sensum inesse, acidem denotare, quod accusatum in iudicio absolvere, cumque iustum pronuntiare, asserimus.

2. Vox Gratiae in hoc articulo usitatissima denotat misericordiam DEI, sive affectum benevolū liberandi homines a peccato, & iustitiam dandi.

3. Fidem in hac materia accipimus Theologicē & proprie non Ethicē, non *μετανοητικῶς* pro objecto fidei, aut pro fidei externa professione. Et licet notitiam articulorum doctrinae Christianae, & assensum, quo amplectimur doctrinam divinitus traditam, fidei nomine etiam intel-

intelligamus; hic tamen, ubi de justificatione hominis peccatoris coram Deo per fidem solam agitur, fiduciam, qua amplectimur & apprehendimus divinam illam gratiam, sive misericordiam à Christo nobis partam, & in prædicatione Evangelicæ promissionis, & administratione Sacramentorum oblatam, denotare, asserimus.

4. Causæ justificationis secundum Orthodoxorum asserionem (1.) Efficiens est Deus Triunus (2) impulsiva ejusdem gratia, misericordia, dilectio, gratuita bonitas & *Φιλανθρωπία* (3) meritoria, Christi obedientia activa & passiva (4) instrumentalis offerens, verbum Evangelii & Sacramenta, apprehendens, fides, quæ justificat non ut opus, sed quatenus apprehendit Christum (5) Materialis sive subiectum est homo peccator (6) Formalis, remissio peccatorum & imputatio justitiæ Christi (7.) Finalis *respectu Dei*, declaratio divinæ justitiæ, & laus gloriosæ gratiæ. *Respectu nostri*, hominum, salus & vita æterna.

5. Justificatio fidei non est in N. T. demum aperte propositum beneficium. Ac distinctio, *Coccejanorum*, inter remissionem, & transmissionem peccatorum, quorum hæc, non verò illa in V. T. habuit locum, vana est.

6. Non per imitationem, sed per imputationem justitiæ Christi justificamur.

7. Nullum hominis meritum, neque ipsa fides tanquam virtus nostra sive de congruo, sive de condigno ad justificationem nostram concurrat. Solà tamen fide tanquam unico medio gratiæ divinæ apprehensivò justificamur.

8. Impium est cum Antinomis recentioribus dicere: Nos non magis peccatores esse, quam Christum, qui peccatum pro nobis factus æquè; ac nos peccator sit; ita nostra peccata ipso actu in Christum translata esse, ut nos amplius peccatores non simus: Electum hominem quamvis adulterium, furtum, idololatriam commiserit, non esse Adulterum, Furem, idololatram, sed potius id de Christo affirmandū; nullum unquam in terris tantum transgressorem fuisse, quantum fuerit ipse Christus. Scandalosa & propositio est: Deum in fidelibus nulla videre peccata. Vocem esse Spiritus mendacis, qui dicat de fidelibus, habere eos peccata conscientiam vastantia, & quæ ipsis incumbant, velut onus gravius, quam quod portari queat, ac Davidem dum id de se querebatur, non esse ex verò locutum.

9. Non

9. Non forma & anima fidei justificantis est charitas & B. O. exercitium. Interim fides vera à dilectione separari nequit.

10. Propter absentiam operum, fides in homine primùm justificando, non censenda est mortua.

11. Homo in hac vita habere potest certitudinem fidei, de sua iustitia, sive peccatorum remissione, & Dei gratiâ.

12. Omnis homo aut justificatus est in gratia, aut non: status intermedius hic nullus datur.

13. Equidem sanctificatio suos habet gradus, incrementa, & decrementsa, non modo in diversis; sed in eodem homine; Ast justificatio, quæ in sola remissione peccatorum propter Christum, & imputata ejus iustitia consistit, nullam inæqualitatem admittit.

#### DISPUTATIO XXV.

### DE UNIONE CREDENTIUM MYSTICA CUM DEO, ET DE RENOVATIONE.

**E**st hæc humani generis gloria quàm maxima, cum Deo unà vivere, qui & ipse factus est, quod nos esse voluit, & nos divinæ participes naturæ reddidit. Duplex est, quam sic admiramur divinæ ~~unionis~~ unio, altera personalis, quæ secundum Theologorum phrasin facta est ad naturam, de qua supra. Altera hujus disputationis est, quam Mysticam vocamus, quæ facta est ad personas nostras, & est Dei atq; Christi in Credentibus habitatio, atq; arctissima cum illis conjunctio. Quam specifica vocis significatione mysticam vocamus, non quod præ cæteris abditos recessus habeat, sed quod aliud commodius nomen, quo exprimat, non adsit.

2. Magna est Analogia, & multiplex convenientia unionis Personalis & mysticæ (1.) ratione Extremorum, quod & hic & istic concurrant Divina & humana naturæ; (2.) Unibilitatis illorum, quæ utrobique plane eadem est, ab altera parte omnipotentiae divinæ, ab altera parte nonnisi potentiae obedientialis. (3.) unitiois, cum utraqve peculiariter adscribatur operationi Sp. S. (4.) termini, quod utrinq; proveniat aliquod unum, ex personali unus Mediator, unus Dominus, ex Mystica unum corpus, unus Spiritus (5.) modi uniendi, quatenus neutra verbalis tantum, aut notionalis sive *Χεῖρ*, sed utraq; realis, utraq; ipsius Deitatis inhabitationem dicens, naturæq; pariter & universalis præsentiae ordinem excedens, (6.) ratione illorum, quæ unionem comitæ sequuntur.

fequuntur. Ut enim ex unione Personalis triplicis generis communi-  
 catio idiomatum fuit, ut Theologi nostri in loco de Christo pluribus  
 demonſtrant; ita & eandem in myſtica unione feliciter obſervant. Pri-  
 mum in perſona Chriſti vocamus *αντιθεσιν* vel *ιδιομιαν*, quæ quæ alte-  
 rius naturæ propria ſunt, de altera in concreto prædicantur. 1. Cor. 1. 8.  
 Act. 3. 15. &c. Eadem ſuo modo obſervantur in myſtica unione, propter  
 quæ Chriſtus conditionem fidelium ſibi attribuit Act. 9. v. 4. Matth. 25.  
 v. 35. & ſeqq. & Paulus ſua fata Chriſto adſcribit 2. Cor. 4. v. 10. Colof.  
 1. v. 24. Secundum in Perſona Chriſti vocatur Maieſtatis communicatio,  
 per quæ H. N. vi unionis Personalis ornatur omnibus illis præroga-  
 tivis, quibus excellit divina, non per transfuſionem ſubjectivam; ſed  
 per inconfuſam *συνδύασις* vid. Joh. 6. v. 57. Matth. 9. v. 6. Cap. 28. v. 18.  
 &c. Sic etiam *μεταμιξία* quædam in myſtica unione locum habet vid. 1.  
 Cor. 3. v. 17. Joh. 1. v. 16. Apoc. 1. 6. &c. Tertium communicationem  
 operationum vocamus, quæ à naturis profluunt, ut ad apotelesma com-  
 mune producendum utraq; natura agat, quod ſuum eſt, cum commu-  
 nicatione alterius, Rom. 8. v. 3. 1. Joh. 1. v. 7. Ita & in communione Myſtica  
 obſervantur Apotelesmata ex communi quædam operatione redundan-  
 tia, cum Chriſtus vel Sp. S. pariter Fidelibus, & per eos ſingulari ratione  
 motus atq; effectus illos producit, quos ſine ejus gratia producere non  
 poſſunt, unde eadem operatio, idemq; effectus utriq; ferantur accepta  
 vid. Gal. 2. v. 20. Matth. 10. v. 20. 1. Cor. 15. 10.

3. Ingens inter utramq; autem relinquitur diſcrimen (1.) in extre-  
 mis; nam ad conſtituendam unionem Personalem (α) à nobiliori par-  
 te concurrunt Perſona tantum τῶ ἁγίου Joh. 1. v. 14. ad myſticam v. cum  
 Filio & ipſe Pater, & Sp. S. Joh. 14. v. 23. 1. Cor. 6. 19. (β)  
 ad unionem Personalem conſtituendam concurrunt ἁγίου ut ἀσπυγῆς i. e.  
 ratione D. tantum N. Ad Myſticam v. ratione naturæ utriusq; (γ) con-  
 currunt à parte ſeqviori in Personalis unione natura H. una, ſingularis.  
 In Myſtica v. omnino plures; tot ſunt uniones Myſticæ, quot ſunt in-  
 dividua, quæ DEO uniuntur. [δ] concurrunt in unione Personalis natura  
 ἐννῶσις, quæ nempe in *συνδύασις* ἁγίου assumpta eſt, inq; eadem  
 ſecum communicata ſubſiſtit: in myſtica v. unione naturæ *αὐτονομοῦται*,  
 quæ per ſe ſubſiſtentes, totidem completæ & in unione iſta & citra eam  
 Perſonæ ſunt [II] ratione unitiōnis, notanda eſt differentia (a) quod  
 ante unionem personalem revera H. Chriſti N. præexiſtentiam nullam  
 haberit, ſed, ſimul atqve eſſe coepit, in Perſonam ἁγίου assumpta ſit. In  
 unione

unione v. Mystica ante factam unionem utrumq; extremum jam tum  
 existat, homoqve sapius bene adultus unionis ejus gratiam demum  
 adipiscatur (b) ratione mediorem, ad mysticam eadem requiruntur,  
 quæ ad justificationem; at in unione personali nil horum locum habet;  
 ubi neq; est, qui promereatur illam, neq; vehiculo aliquo opus est vel  
 medio, quo instruetur, (c) ratione iterabilitatis. Nam Personalis unio  
 semel facta est, ut in æternum subsistit, neq; iteratione ulla, qua re-  
 novetur indiget; mystica v. amissibilis, & instaurari denuo potest ac  
 solet (III) Ratione termini utriusq; unionis differentia maxima est, qui  
 utrobique aliquid unum est, sed illic unum Personale, hic vero unum  
 tantum accidentale. Non enim quemadmodum in unione Personali,  
 Deus homo, & homo Deus dicitur, sic in unione Mystica non dicimur  
 ipse Deus, Christus vel Sp. S. sed templum Dei 1. Cor. 3. v. 16. membra  
 Christi 1. Cor. 6 v. 19. &c. Templum Spiritus S. 1. Cor. 6, 19. (IV.) ratione  
 modi uniendi, prima communicationem hypostaseos ponit, altera,  
 quæ ad fideles pertinet, approximationem tantum substantialem atq;  
 gratiosam: adeoq; non nisi parastatica est. Secunda est ratione *περιχω-  
 ρήσεως*, quod Personalis unio omnino adæquata sit atq; mutua; Mystica  
 v. inadæquata, suisque certis limitibus circumscripta. Deus fidelibus,  
 quocumq; pergunt; præsens est, non verò fideles ubiq; Deo. Tertia  
 ratione mobilitatis graduum, quod unio personalis non recipiat magis  
 & minus, mystica v. recipiat. Præcipuum augmentum ejus cum DEO  
 habebitur in statu gloriæ post hanc vitam, (V.) Ratione effectus, differen-  
 tia maxima datur. (1.) circa explicationem propositionum  
 communicatarum, quæ in unione Personali sensu pro-  
 prio accipiuntur, vi perichoreseos naturarum; in mystica v.  
 metonymico & causalit (2) circa communicationem ipsam, quæ in mys-  
 tica unione sua mensura, suisque terminis circumscripta est, neq; ut  
 in Personali sit. ad omnia omnino attributa, ipsasq; *ἰσχυρά* divinas, ulla  
 ratione extenditur. Deus Filio dat Spiritum non ad mensuram, nobis  
 verò ille ad determinatos tantum effectus concessus est. (3) unio Perso-  
 nalis basis est omnis meriti omnisq; spei & salutis nostræ, mystica ex  
 inde pendet, ut peculiare acquisitum beneficium. Personalis procura-  
 rat nostri justificationem, mystica ipsa justificatione est posterior &c.

4. Male Quakeri, ex Joh. 2. v. 19. probare conantur: Christum in  
 omnibus hominibus esse, qui in hunc mundum nascuntur, quem pro-  
 pterea lucis Veræ, atq; internæ subinde nomine prædicant, ad quod  
 qui

qui attendat, virtutem ejus evidentiore in se sentiat, ut citra aliam opem Deum agnoscat sanctèqve & piè vivat.

5. Nullo modo illorum studia laudare possumus, qui ejusmodi propositiones in unionem mysticam invehere laborant, ut homo se Christum vocet, ad instar propositionis Personalis.

6. Monstruosa dicta sunt nonnullorum Fanaticorum, quod per unionem spiritualem Deificemur, per illam fingamur ad Divinam naturam, transformemur in Deum, imo ad totam plenitudinem Deitatis in *λογος* habitantem perveniamus, de quibus nec vola, nec vestigium in scriptura reperitur.

7. Majores nostri jam Articuli, III. F. C. no. 6. sub verbis: *quod non Deus ipse, sed dona Dei dumtaxat in credentibus habitent*, rejecerunt eorum sententiam, qui putant: Cum Deus vi Præsentia universalis, à nemine nostrum ulla, vel minima distantia absit; In quo vivimus, movemur & sumus, fieri non posse ut alia nova præsentia ad fideles accedat, nisi gratia & virtutis.

8. Renovatio nobis dicitur illa mutatio, qua homini, vetustate carnis & peccati corrupto, novæ vires conferuntur; quibus deinceps tanquàm novus homo, carnis concupiscentiis resistere, & sanctè vivere possit.

9. Tutissima animi quies in solo Deo ejusq; unione nobiscum quidem quaerenda est; medium tamen quietitæ hujus unionis non est renovatio, sanctificatio, abnegatio, mortificatio, ut cum Mysticis voluit Molinosius, sed sola fides.

10. Renovatio ad justificationem se habet, ut Effectus ad Causam, sequiturque hanc non temporis; sed naturæ ordine.

11. Concedimus quidem justificatis & renatis omnino contendendum esse ad veram perfectionem; interim negamus, quenquam in hac carnis & vitæ imbecillitate perfectionem consequi, antequam à corpore hujus mortis liberetur. Hinc sanctificatio nostra in hac vita est imperfecta.

12. Renovatus, qui se ab omni præterito peccato liberum esse putat, eidem obnoxius est. Quæ falsa opinio, cum obrepere homini facile possit, periculosum est, peccatorum confessioni ob blandam hanc & fallacem persuasionem sese subtrahere.

## DISPUTATIO XXVI.

### DE LEGE.

1. **L**ex Dei naturalis revera datur, & cordibus hominum inscripta est; hujus fundamentum non est socialitas, sed justitia & sanctitas Dei ex lumine naturæ cognita, inmutabilis & est & indispensabilis. 2. Lex

2. Lex Revelata debet præcedere Evangelium, tum in ordine docendi, tum in feriis exercitiis pietatis: Ac haud postremum sub N. T. habet locum.

3. Lex Christi non est lege Mosaicâ perfectior, nec nova, nec præstantiora præ eptâ habet. Non venit Christus, ut esset novus legis lator, sed ut esset legis impletor.

4. Lex divina est Moralis, Ceremonialis, & Forensis, illa perpetua, obligans omnes omnino homines vel ad perfectissimam obedientiam, vel ad pœnam. Ceremonialis umbra fuit futurorum bonorum abolita, quæ finem suum assecuta est in Christo. Forensis accommodata ad Rempublicam Judæorum; in qua, quod morale est, potest etiam accommodari nostro foro, non quia Mosaicum, sed quia naturale.

5. Adami sex præcepta & Noachi septimum in sacris non leguntur,

6. Impia illa & profana nonnullorum opinio, quod Deus in eptos rudesq; gentilium ritus in leges suas coopraverit, ut eò facilius Israelitæ & Gentiles ad veriores religionem adducerentur, nullatenus præbanda est.

7. Dicitum antiquis, cui se Christus opponit, non est dicitum Legis Mosaicæ.

8. Partitio Decalogi, quâ primæ tabulæ tria, secundæ septem adaptantur præcepta, non est rejicienda.

9. Regula & mensura obedientiæ in præceptis affirmativis est: Diliges ex toto corde in negativis; non concupisces.

10. Incrediblem legem observare non possunt, tametsi possunt externam disciplinam præstare: quia scriptura appellat justitiam quandam carnis Hebr IX. 10. A. Renatis verò dicitur lex impleri duobus modis, (1) Fide & imputatione (2) inchoatione s. novâ obedientia.

11. Lex moralis abrogata non est; sed in V. Nq; Testamento eadem sen per manet.

12. Legis perfecta impletio requirit triplicem totalitatem (1) totalitatem *Obj. Et, Dei, & Proximi* (2) totalitatem *graduum* ex parte diligentis, ut dilectio procedat *ex toto corde, totâ animâ, ex totâ mente, ex omnibus viribus* (3.) totalitatem *temporis*, ut fiat perpetuò & indefinenter, quam nemo post lapsum viribus naturæ vel gratiæ in hac vi præstare potest

13. Non formæ sanorum verborum convenit, dicere: legem esse necessariam ad salutem.

13. Quod



14. Quod impossibile autem erat Legi, eò quod infirmaretur per carnem, præstitit Deus misso filio suo. Rom. VIII. v. 3, 4.

15. Comminationes legis sunt intelligendæ cum exceptione poenitentia, & conversionis, quæ poenæ æternæ tolluntur, temporales mitigantur: Promissiones legales semper intelligendæ sunt cum exceptione crucis & castigationis Præcipuæ autem poenæ impiorum, & præcipua præmia renatorum differuntur in futuram vitam.

DISPUTATIO XXVII.  
DE EVANGELIO.

1. **E**vangeliū vel capitur communiter pro eo, quod vivā voce docuerunt, & literarum monumentis consignarunt Christus, & Apostoli, quomodo complectitur & legem ejusq; in interpretationem de gratuitā peccatorum remissione: vel capitur strictè pro doctrinā de gratuitā Peccatorum remissione, & donatione vitæ æternæ, sic Legi opponitur.

2. Genuina & propria Evangelii doctrina consistit in gratuitā promissione remissionis peccatorum, justitiæ & vitæ æternæ, propter Christum in V. T. promissum, in N. autem exhibitum; qui pro peccatis nostris in arā crucis satisfecit, ac perfectam justificationem nobis promeruit, quam per fidem nobis donat & applicat. Si Evangelium non est concio poenitentia, ed gratuiti favoris Dei per Christum parti.

3. Non *Σωτήριον* Evangelii est Filius Dei, sed una cum patre & Sp. S. *κύριον ἁπὸν* Evangelicæ Revelationis.

4. Passio Christi, ut redemptionis est & gratiæ speculum, ad Evangelium pertinet; ut est speculum iræ & severitatis divinæ, est concio legis.

5. Falso dicitur, Deum ante Christum natum exhibuisse se tantum ut Deum, non ut Patrem. Idem Evangelium quoad substantiam, quod hodiè in toto mundo, etiam in V. T. & quidem à primis lapsi generis humani temporibus viguit, & promulgatum est.

6. Manifestatio gratiæ in adventu Christi facta, est, non simpliciter nova, sed illustrior, tum exhibitione ejus, qui gratiæ fundamentum est, tum publico per omnes gentes præconio.

7. Nec sperare, nec adipisci poterant homines vitam æternam nisi promissam.

8. Promissiones

8. Promissiones Evangelicæ sunt gratuitæ, quia promittunt gratiam non propter ullam nostram dignitatem, aut dispositionem in nobis; nec propter ullum nostrum opus aut meritum; sed per & propter Christum fide apprehensum.

9. Conditiō Fidei, quam Evangelicæ promissiones requirunt, nec gratuitò, nec universalitati quicquam derogat.

10. Superstitiosum & iustâ reprehensione dignum, quod literarum characteribus, Historiam Evangelicam continentibus, mirifica quædam vis alexicaca fugandi Dæmones, prohibendi fulmina, & sanandi morbos &c. præter, imo contra legitimum Evangelii usum divinitus constitutum, tribuatur.

11. Verus Evangelicæ doctrinæ usus is est, ut (1.) immensam Dei misericordiam in nissione Filii agnoscamus (2.) in omnibus tentationibus, præsertim horâ mortis firmam consolationem habeamus (3.) Verâ pietate per omnem vitæ cursum gratos nos Deo exhibeamus. *Totavita servias Ei, qui per totam vitam pro te servire voluit.*

12. Evangelium etiam prædicandum est contumacibus & induratis peccatoribus, ut per oblationem gratiæ emoliantur, & convertantur.

13. Pericopæ Evangelicæ in usum fermè universalem, & longævum deductæ non sine offensione mutari possunt, & utiliter retinentur.

#### DISPUTATIO XXVIII.

### DE SACRAMENTIS IN GENERE

1. **N**omine Sacramenti utimur, licet id ipsum in scripturâ non occurrat. Res enim eo intellecta, in ipsa est, itaque ejus symbolum & notam convenientem minimè fugimus.

2. In usu Ecclesiastico sacramenti vocabulum tripliciter potissimum usurpatur (1.) generatim pro re arcanâ & secretâ (2.) speciatim, quando hæc voce denotantur signa, quibus Deus sancit hominibus certitudinem promissionum suarum, si vè ea exhibita sint in naturâ, ut iris in nubibus, si vè supra eam in miraculis, ut tol retrogradus & alia. (3.) specialissimè verò quando eo vocabulo significatur actio S. divinitus instituta, in qua per visibile elementum, Dei verbo expressè mandatum, gratia invisibilis, peccatorum remissio, salus & vita æterna offertur confirmatur & ob signatur. Ex his tribus, in hoc articulo, postremam tantùm agnoscimus.

3. Ad quodvis Sacramentum V. & N.T. duo requiruntur. Elementum & verbum. Elementum sit visibile, verbum verò sit mandati & promissionis. Mandati quod vel in V.T. usq; ad Christum exhibitum, vel in N.T. usque ad consummationem seculi observandum, præscribat ipsum elementum ejusque administrandi ritum. Promissio sit annexa Elemento, eoqve velut vestita, cum de re signatâ, cum de fructu & effectu.

4. Sacramenta V. T. etiam efficacia media gratiæ erant, quæ fidem excitabant, & obsignabant.

5. Efficiens causa Sacramentorum Deus est, non tamen exclusâ H. N. Christi (quoad Sacramenta N. T.) A Deo T. O. M. dependet omnium eorum dignitas, virtus, & efficacia. Ministri Ecclesiæ sacramentum dispensantes sunt causæ instrumentales.

6. Generalem aptitudinem validè administrandi sacramenta quilibet Christianus habet, etsi non pariter specialem potestatem, ut legitime administret, nisi qui ad ministerium S. ritè vocatus, atq; inauguratus est. Intentio animi Ministri interna nec specialis nec generalis ad sacramenti perfectionem pertinet, nec valor actuum ministerii Ecclesiastici à pietate ministri pendet.

7. Materia Sacramenti est certa res, divinam vocationem habens, peculiari verbo instituta & mandata, quæ res unicuique Sacramento propria, ex verbis institutionis illius judicanda est, ut nihil in eis mutari possit.

8. Forma Sacramenti est actio circa rem Sacramenti propriam hoc est administratio illius, & dispensatio, verbis institutionis expressa & mandata.

9. Finis sacramenti est (1.) oblatio & exhibitio promissionis gratiæ (2.) Ejusdem obsignatio & confirmatio.

10. Non sacramentum, sed fides sacramenti justificat. Et non profunt ex opere operato.

11. Duo tantummodo fuerunt sacramenta V. T. propriè ita dicta & totidem N. T. sunt sacramenta. Fides primùm excitatur Baptismo, alitur deinde & confirmatur Eucharistiâ,

#### DISPUTATIO XXIX.

### DE DUOBUS V. T. SACRAMENTIS CIRCUMCISIONE, ET AGNO PASCHALI.

1. In

1. **I**n propriâ institutionis sede Genes. XVII. v. 14. Circumcisio vocatur *foedus, pactum*: quia sc. circumcisio non externam solum pelliculæ amputationem, sed etiam internam cordis purificationem, & obligationem cum Deo complectitur. Et cum circumcisio externa fuit medium, atque organum receptionis in foedus, dicitur etiam *signum foederis*, quia stigma, ex circumcissione in carne relictum, fuit & lignum, & sigillum divini foederis.

2. Circumcisio dicitur esse Joh. VII. v. 22. *ὅτι τῶν πατέρων*, non quod sit *πατερική* quædam *ὑπόδοσις*, præter, vel contra Dei mandatum introducta, sed quia ante Mosem fuit instituta, & à patribus, ex Dei mandato usurpata.

3. Non Ægyptii primi fuerunt circumcisi, nec datur duplex circumcisio Abrahamitica & Mosaica.

4. Ordinariè initio Patriarchæ, & post constitutam Politiam Mosaicam sacerdotium Leviticum administravit circumcisionem. Extraordinariè & in casu summæ necessitatis etiam ex traditionibus Judæorum aptus fuit ad circumcidendum servus ac mulier. Ex quo generalis regula exstruitur, quod Sacramentum initiationis, in extremo necessitatis casu, pie administrari possit ab aliis Ecclesiæ membris, ubi ordinarius Minister haberi non potest.

5. Eâ parte convenienter susceperunt infantuli regenerationis Sacramentum, unde sortiti erant generationis initium.

6. Objectum circumcissionis fuerunt Masculi Iraelitici. Profelyti iustitiæ & omnia sacra Judaica agnoscebant, & ritus suscipiebant, non autem Profelyti Portæ s. domicili.

7. Non absurdè statuitur pars invisibilis & Coelestis hujus Sacramenti V. T. sanguis Christi, per sanguinem humanum, quem præputium sudavit, recitum, præfiguratus.

8. Sicut sanguis Christi sistit sanguinem animalium in sacrificiis V. T. mactatorum; ita etiam sistit sanguinem in circumcissione ab hominibus profundendum.

9. *Πάσχα* non à *πάσχω* ut quidam ex Patribus volunt, quos reprehendit Nazianz Orat. 2. de Pasch. sed à *ΠΩΣ* (transitus, transitio) deducitur, quia nocte illa proximè institutionem Agni Paschalis secutâ, Angelus Domini respectu regni Ægyptiaci transiit per omnes ejus angulos, respectu a. ædium Iraelitarum transilivit, vel præterivit.

10. Materia in hoc Sacramento terrena erat, Agnus integer & perfectus, masculus ætate, tenellus, ex communi grege desumptus. Cœlestis erat Christus, quâ pro nobis mactandus & immolandus secundum humanitatem, adeoque ejus caro & sanguis carne & sanguine agni Typici præfigurata.

11. Forma hujus Sacramenti absolvitur toto complexu actionum Sacramentalium Exod. XI. v. 5. & sqq. expressarum

12. Admissi ad communionem hujus Sacramenti Israelitæ omnes tam foeminæ, quam mares. Profelyti non nisi perceptâ prius circumcisione. De infantibus Israelitarum movetur quæstio, an & illi ante annos discretionis admissi, quod videtur negandum.

13. Eo sine instituit Deus agni Paschalis ritum, ut esset ordinarium V. T. Sacramentum alterum, memoriale præteriti & figura futuri ad fidem & Israelitarum confirmandam, & obsignandam

### DISPUTATIO XXX.

#### DE BAPTISMO.

1. **B**aptismus non est geminus, internus unus, alter externus, sed tantum unus; in quo unâ ac indivisâ actione SS Trinitas ceu Causa principalis, & minister Ecclesiæ ceu Causa instrumentalis, mediante exteriori lavacro aquæ, infantibus omnibus, & adultis, operationi Spiritus S. non resistentibus, vi institutionis divinæ gratiam dispensat ac salutem.

2. Baptismum quando nobis necessarium esse asserimus non modo ad mandatum, quo ille nobis traditus & commendatus est, & ad ordinem divinitus institutum, quem nos observare necesse est, sed etiam ad indigentiam & necessitatem nostram, quæ est corruptio nostra, & ex hac ab alienatione gratiæ & fœdere DEI, respicimus.

3. Baptismi autem necessitas non eò usque extenditur ut infantes Christianorum omnes, qui ante baptismum ex hac vitâ discedunt, æternâ salute excludi statuendum sit.

4. Baptismus Johannis & specie & virtute idem fuit cum Baptismo Christi. Nec abrogatus Johannis, nec mutatus Apostolorum baptismus est post resurrectionem Christi.

5. Baptismus in casu necessitatis à Laico Christiano, muliere etiam administratus, verus est, & validus.

6. Hæreticorum baptismus, qui substantialia Baptismi impugnant,

gnant, vel Myſterium Trinitatis negant, nec in Patris, Filii, ac Spiritus S. nomine baptiſmum adminiſtrant, non eſt verus & effi-  
cax cenſendus; ideoque baptizati ab illis, ſi ad veram Ecclēſiæ gremium con-  
fugiant, omnino rebaptizandi ſunt, cum verum baptiſmum non-  
dum acceperint.

7. Materiam Baptiſmi ſ. externum baptiſmi elementum dicimus  
eſſe aquam. Nulſi hominum licet hoc externum Elementum mutare,  
atque aliud quiddam ſubſtituere.

8. Quod concernit rem Cœleſtem internam & inviſibilem, affir-  
mamus, præeunte S. Scripturâ, cum Theologis noſtris *Tarnovio, Affel-  
manno Calovio, &c.* eſſe S. Trinitatem, in qua nec Chriſtus *Deus Spiritus*  
nec ſanguis ejus excluditur.

9. Unio materæ cœleſtis cum terreſtri, non eſt ſchetica vel  
analogica, ſed vera & realis, & quoad ſubſtantiam non nudâ operationē.

10. Veritati Baptiſmatis nihil decedit, ſive aſpergatur, ſive immer-  
gatur baptizandus, idque unâ aut tribus vicibus; Cum de alterutro  
non extet expreſſum Dei mandatum, & verbum *Baptizatus* utrum-  
que ſignificet.

11. Diſſentimus ab illis, qui ſufficere putant ad verum baptiſmum  
invocationem ſive nominationem unius perſonæ divinæ tantum, ac  
præſertim Chriſti, in qua opinione olim hæſerunt ex veteribus *Ambro-  
ſius, Beza Bernardus, Hugo de S. Victore &c.* Multò magis ab illis  
qui baptizabant vel in nomine trium *Α. Δ. & Π.* vel in nomine ignoti  
Patris, in veritate Matris omnium, & in nomine descendantis *Jeſu* ut  
*Gnoſtici* vel in nomine Patris per Filium in Spiritu S. ut *Ariani* vel in Do-  
mini nomine, ut *Eunomiani*. Quos omnes & inquam ſubſtantialia baptiſ-  
mi corruptentes, hæreticos eſſe cum Ecclēſiâ verâ ſtatimus.

12. Efficax eſt baptiſmi efficacia, ut per illum regeneratio peccatorum  
que remiſſio nobis obſingat. Valet & non ſaltem ratine præſentis,  
ſed & futurum.

13. Pædobaptiſmus ex ſcriptura ſufficienter demonſtrari poteſt  
adeoque in Ecclēſiâ noſtra jure meritoque retinetur.

14. Infantes baptizati fidem habent actualem, etſi nec externam  
nec ſupra ſe ipſam reflexam, internam tamen, & directis actibus operoſam.  
Non credunt fide alienâ vel Parentum, vel Patrinorum,  
ſed ſua, à fide adultorum eſſentia iter non diverſâ.

15. Gra.

15. Gratia baptismalis etiam post baptismum peccanti, & verâ penitentia ad DEUM revertenti prodest.

16. Exorcismus noster ut utrius sit adi phorus tantum, & significativus, haud tamen, ubi obtinuit, temere omittendus, multò minus in gratiam Adversariorum, ut res per se mala & impia abrogandus est.

### DISPUTATIO XXXI

#### DE SACRA DOMINI COENA.

1. Verba institutionis: *Edite hoc est corpus meum, Bibite hic est sanguis meus*, non tropicè, sed propriè & secundum literam accipienda sunt.

2. Verum & naturale Christi corpus, verus item & naturalis Christi sanguis ore corporis accipiuntur, adeoque corpus propriè, mediante pane, comeditur, sanguis propriè, mediante vino, bibitur.

3. Consecrationis Eucharisticæ efficacia non inhaeret ulli pronuntiationi, aut characteri sacerdotis, sed unice pendet à Christi primâ institutione.

4. Panis & Vinum cum corpore & sanguine Christi unitur, non verò in corpus Christi mutatur vel convertitur. Et Consectio corporis & sanguinis Christi non arguit eorum concomitantiam sacramentalem ubi quavis specie.

5. Turpissimam ignorantem Elenchi committunt contradicentes: Iusti enim probare species esse adorandas, probant, adorandum esse Christum.

6. *Ἐκδοξοῦ* imo potius *κακώδεξοῦ* illud: quod corpus Domini sit in Eucharistia non solum dum sumitur sed & permaneat dum servantur species illæ consecratae excogitarunt Pontificii, ut abominandum illud idolatriæ hgmentum aliquo probabilis fucò obductum tantò amabilius redderent, in oculis eorum, qui scripturæ rudes ad quævis sacrificulorum placita fide implicitâ, ut vocant, completiendi parati esse coguntur.

7. Datur non ex libertate, sed necessitate Præcepti Laicis utraq; species Sacramenti in cenam Domini.

8. Ipsi quoque indigni non tantum figuram corporis & sanguinis accipiunt, sed mediante Pane Eucharistico sacramentaliter corpus Christi manducant, mediante vino Eucharistico sacramentaliter sanguinem Christi bibunt. Credentes autem accipiunt ad salutem: indigni autem sive increduli ad iudicium.

9. Fractio

9. Fractio p̄nis Eucharistici in ipso distributionis actu non necessaria, sed indifferens, ne dum representationis, ac significationis gratia vi institutionis observanda est.

10. Utrum in Eucharistiā azymo, an fermentato sit utendum, quæritur, Græcis ille, Latinis hic olim probatus fuit, in quâ dissensione etiamnum hodie persistunt: Sacramentarii cum Græcis, nos cum Latinis facimus, ita tamen, ut observationem hanc inter *ἀλλά φερα* habeamus.

11. Solumne vinum loco alterius elementi & symboli usurpandum an ei aqua miscenda quæritur? illud in nostris Ecclesiis observatur, hoc à Pontificiis defenditur.

12. Crama vini merito negligitur cum nullibi mandatum legitur.

13. S. Coena & ordinario ritu in altari, & extraordinariè in privatis ædibus uni etiam convenienter administrari potest.

14. Missas autem solitarias, quibus solus sacerdos sacrificans communicat, probare non possumus.

15. Ad Quæst. An privatus, sive sic dictus laicus, in loco privato, & extra templum, sive domi suæ, ubi ipse est pater Familias, sive alibi, ubi publici ministri copia haberi non potest, cenam Domini alteri petenti licitè administrare queat? Respond. cum *Lutbero Tom. 6. Jenens. fol. m. 339.* & *Paulo Tarnovio nostro Lib. 2. de Ministr. Eccles. C. 29. quæstione 2. & 3. p. 1046.* Negando. Communis omnibus fidelibus Eucharistiæ finis participationis, non administrationis jus facit.

16. Dulcis est consolatio, cum nostra infirmitas onere carnis gravata non possit transcendere cœlos cœlorum, quod ipse Christus ad nos venit, & conjungit se nobis communicatione & participatione illius naturæ, quæ Frater noster est & nos caro de carne ejus.

#### DISPUTA XXXII.

### DE FIDE ET BONIS OPERIBUS.

1. Fides salvifica est puræ putæ gratiæ Dei regenerantis opus, ministerio verbi & Sacramentorum in homine, Spiritui S. malignosam obicem non ponente, productum.

2. Fides justificans non solum notitia & assensus est, sed etiam fiducialis Misericordiæ Dei, & meriti Christi apprehensio; Obedientia Deo præstanda fidei consequens est.

3. Disting. inter credere aliquid, alicui, & in aliquem; priora duo Christi, Adami integri, & Angelorum sunt, non posterius, Christus fidem habuit non formaliter, sed eminenter.

G

Fides



4. Fides, Charitas & reliquæ virtutes inter se sunt connexæ & indivi-  
duæ, ut ex Jacobi II. v. 14. 2. Petr. 1. v. 5. 6. colligitur, hinc fides  
non potest esse sola: & per B. O. vera fides & viva agnoscitur  
& discernitur ab hypocrysi, & vana fidei simulatione.

5. Fides non solum natura, sed etiam tempore prior est Charitate  
Talem autem prioritatem temporis fidei adscribimus, qualis in enti-  
bus successivis si quemadmodum inter guttulas aquæ in continuo  
fluxu ex scaturigine manantes, prioritas & posteritas temporis sine  
interstitio fluxum remorante observatur.

6. Bona opera ea sunt, & à nobis intelliguntur, quæ placent Deo.  
Non autem alia opera placent DEO, quam quæ sunt, sive in genere  
sive in specie fundata in verbo Dei, quicquid præter verbum Dei ex-  
cogitatur, quæ tale, nomine isto indignum est.

7. Mera calumnia est Pontificiorum vociferantium, contemni, à  
nobis, adeoque etiam prohiberi & damnari Studium B. operum;  
Affirmamus enim omnes, quod B. O. sint facienda, cum Deus illa  
seridè ab omnibus requirat, & severè puniat, si omittantur.

8. Non potest a Renatis in hac mortalitate ullum opus proficisci tam  
perfectum ut nihil habeat vitii.

9. B. O. renatorum, quæquam Deo placeant, eo quod à Perso-  
nis Deo propter meritum fidei reconciliatis, & placentibus profici-  
scantur; tamen non habent respectum meriti proprie dicti ad vitam  
æternam, sive essentialiter, sive accidentaliter consideratam.

10. Non sine causa in renovationis negotio de infirmitate con-  
queritur, qui viva fide pollet. Paulus viva fide instructus de infir-  
mitate, sua conqueritur Rom: 7. v. 15. 18.

11. Fides non potest esse sine prævia notitia & minus rectè per a-  
morem explicatur.

12. B. O. non sunt ullo modo medium morale, hoc enim relatio-  
nem habet causalem ad finem, & physicè quidem est causa per acci-  
dens, moraliter verò causa per se. Medium Mathematicum, quæ  
est inter terminum à quo & ad quem, tribui B. O. potest, quæ juxta The-  
ologos nostros rectè dicuntur viâ regni, non autem causa regnandi.

13. Non B. O. Causa sine qua non, aut conditio ad salutem sunt di-  
cenda, Causa enim sine quâ non, quæquam aliis sit Causa æquivocè  
dicta, aliis tamen veræ Causæ rationem habet, quæ altercatione phi-  
losophica adhuc durante, quam nulla spes est finiri posse (sunt verba  
B. Mauritii in F. C. Exercit. V. Thef. 14.) longe satius est abstinere  
in Theologia terminis philosophicis, interminabiles gignentibus lites  
& nunquam solventibus quæstiones.

14 Spe-

14. Speciosa Gentilium opera Theologicè & coram tribunali Christi non sunt dicenda bona opera.

DISPUTATIO XXXIII.

DE ECCLESIA, ET MINISTERIO ECCLESIASTICO.

1. Tenetur quisque fidei socius, quibus cum ad communia sacra conveniat, adeoque veram Ecclesiam inquirere. Qui rectè credit, novit quidem, quænam sit vera Ecclesia in actu signato, nondum tamen quænam illa sit in actu exercito.

2. Ecclesia est nomen collectivum, ideoque una Persona non potest dici Ecclesia. Ac nullus in terris est ejusmodi Vicarius Christi, qui Ecclesiæ Catholicæ caput sit visibile.

3. Ecclesia, salva unitate sua, distinguitur pro diverso considerandi modo in visibilem & invisibilem. Tantum enim abest, ut Nicodemitas sive latitantes in papatu alibique fideles videre possimus, ut ne quidem inter ipsos Orthodoxos sciamus, qui nam inspecie fideles.

4. Ecclesia, in his terris, non est perfectè sancta, aut prorsus sine omni labe. Tota Ecclesia visibilis errare, & penitus deficere potest.

5. Calviniani, Pontificii &c. quæ tales, erroribus pontificiis & Calvinianis adstipulantes; quatenus à nostra Ecclesiâ discrepant, non pertinent ad Ecclesiæ communionem: fundamentum enim fidei evertunt, cui Ecclesia superstructa est. Et sic non possunt, quousque opiniones suas retinent, in unam communionem mysticam nobiscum coire.

6. Ecclesia ut in statu integritatis jam coepit ita semper ac perpetuò durat usque consummationem seculi.

7. Instituto examine ad S. literas, pura verbi divini prædicatio, & legitima sacramentorum administratio veræ & infallibiles notæ sunt purioris Ecclesiæ. Nomen autem Catholicum, antiquitas, duratio diuturna, amplitudo, successio Episcoporum, sanctitas vitæ autorum Religionis, gloria miraculorum, lumen Propheticum, confessio, & infelix exitus adversariorum, felicitas temporalis Ecclesiæ &c. non sunt ejusdem genuinæ, ac propriæ & infallibiles notæ, conjecturales salutari possunt.

8. Mali & hypocritæ infideles, etsi sint in Ecclesiâ vel Cœtu, in quo est Ecclesiâ, non tamen sunt de Ecclesiâ aut membra veræ Ecclesiæ. Et sic hæretici, etsi in Ecclesia esse possint, si oculi sint, nunquam tamen sunt de Ecclesia.

9. Lutheranam Ecclesiam Babelis infamiâ non notant, nisi qui ipsi confundere omnia in eadem allaborant.

10. Fanatici sunt, qui & hodie fingunt novum seculum Spiritus S. in quo negant Ministerium externum necessarium esse.

11. Reformatio Ecclesie plena & universalis statuique Paradisiaco conformis ante diem extremum haud expectanda est.

12. Necessè est ut Ministri Ecclesie peculiari ratione ad officium suum vocentur. Vocatio charitatis in Ecclesiam plantanda non extendi potest ad publicum docendi officium in Ecclesia plantata.

13. Ordinatio ad ministerium, ritus quidem est ecclesiasticus, non autem sacramentum propriè dictum. Ad vocationem autem & ordinationem requiritur consensus totius Ecclesie.

14. Etsi ordines & gradus certi ministrorum non tantum utilitatis & decoris causa observandi in Ecclesia, sed & ex institutione divinâ distincti sint; non tamen ordines septem, qui in Romana vigent Ecclesia, fundamentum habent in Dei verbo. Neque Episcopi jure divino Presbyteris sunt majores, neque ordinis potestate, neque jurisdictione.

15. Minister Ecclesie aliis bono exemplo præire debet, idcirco quæ virtus in Auditoribus satis est, non sufficit ad Ecclesie ministrum quem non tantum faciendo sed & omittendo docere suos oportet. Vir exemplaris sit, & vivat vitam exemplarem.

16. Irregeneriti Ministri, quoad donorum administrantium possessionem officinæ sunt Spiritus S. Hinc si minister regeneritus proponendi exigua aut nulla habeat dona, irregeneritus excellentia, cujus tamen impietas publicè nota non sit, plus ædificare hunc quam illum, non immerito creditur.

17. In Ecclesia nostra sic dicta Lutherana est verus ordo Ecclesiasticus, legitimæque vocatio. Hinc & veros habemus pastores.

18. Non tantum peritia fidei, sed etiam prudentia Ecclesiastica inesse debet Ministro Ecclesie, ut universalia ad singularia applicare, & Auditorum suorum actiones dirigere & judicare possit, quatenus conscientiam lædunt.

19. Jus indicendi concilia penes Imperatorem seu summum Magistratum Politicum est. Præles concilii non necessario est Episcopus Romanus, sed is, qui per suffragia Episcoporum eligitur. Ac norma conciliorum omnium est sola s. scriptura.

20. Potestas Clavium cum Apostolis in Cælum non resumta est, sed hodieque in Ecclesia agnosci debet, quam etiam exercent Ecclesie Ministri ministerialiter, & dependenter à Christo, & Christi Ecclesia. Et omnes actus Pastorales, quæ Pastorales, sunt ministeriales, quos Minister Ecclesie non suo nomine, sed Dei, Christi & universalis Ecclesie Christi nomine exercet.

DISPU-

## DISPUTATIO XXXIV.

## DE MAGISTRATU POLITICO, &amp; CONJUGIO.

1. **P**atientia, Charitas, & fiducia Christianorum, non sunt virtutes omnne jus vel armorum, vel judiciorum implorandorum tolerantens. Ac Magistratum, etiam talem, qui jus gladii exercet, Christiano gerere licet.
2. Magistratus imperium immediate est à DEO: est enim Magistratus vicarius DEI.
3. Magistratus etiam infidelis & Tyrannicus ordinatio DEI est quâ potestas supereminens est.
4. Christianus ab alio læsus salva pietate, magistratum vindictæ sumendæ gratia implorare potest; vindicta enim est redditio mali pœnalis pro culpâ.
5. Magistratus Christianus non debet sibi in Ecclesiâ, potestatem, quandam *αὐτοκράτοριον*, nec ea, quæ sunt Ministerii propria, arrogare; Interim tantum abest, ut à curâ sacrorum & religionis excludendus sit, ut potius eadem ipsi demandata, vel inprimis incumbat. Ita & externam quandam directionem assumere potest, convocare Concilia, auditis sententiis edicta promulgare, & tam Clerum, quàm Populum cogere ut officium faciat.
6. Nec bona Clericorum, nec ipsi Clerici jure divino à potestate seculari simpliciter exempti sunt.
7. Hæretici Capitali supplicio non sunt afficiendi. Nec debet Magistratus Christianus populum sibi parentem carcere, multis, aliisve pœnis ad Religionem veram cogere.
8. Lupanariorum tolerantia & defensio in civitatibus Christianorum inexcusabile crimen est. Nec excusari facinus hoc potest, quasi graviora hæc permissione evitarentur delicta. Non enim faciendæ sunt mala ut inde eveniant bona.
9. Quos in Rep. hæreticos leges fundamentales & pacta sanctè inita ferre jubent, eos violare nefas, nisi publicam rem turbent.
10. Conjugium status sacer est, divinitus institutus non per se redens hominem carnalem, & ineptum ad divina, non tamen sacramentum propriè dictum est.
11. Consensus Parentum in liberorum Matrimoniis ita est necessarius ut spontalia absque illo celebrata irrita sint, & nulla.
12. Circa matrimonia, in gradibus consanguinitatis aut affinitatis in Levitico. C. XVIII, prohibitis contracta, Ecclesia dispensare nequit.
13. Cœlibatus & polygamia successiva non obstant ministris Eccle-

sua de jure divino, neque jus humanum perpetuae continentiae votum ministerio S. imponere potest.

14. Polygamia simultanea juri divino positivo contrariatur. Et cum relaxatio V. T. sublata, ac ratio ineundi conjugii ad primum illud Adami & Evae divinitus institutum à Christo revocata est hodie nemini Christianorum in Polygamia vivere licitum est.

15. Conjugii vinculum per adulterium alterius Conjugii dissolvitur.

16. Impotentia ante nuptias contracta solvit matrimonium; si tamen à spadone fuerit cum sciente & volente contractum & con'unimatum, non levia videntur argumenta, quae tolerandum esse svident.

17. Fidelibus in N. T. divitiis aliquam curam impendere licet, ac verbum Dei apud eum, cui terrena iustè curae sunt, fructificare potest.

#### DISPUTATIO XXXV.

### DE MORTE & RESURRECTIONE MORTUORUM.

1. **E**X verbo divino constat, tres esse principales & primarias causas, propter quas homo morti est obnoxius, prima est *diaboli seducens malitia*, secunda *hominis delinquentis culpa*, tertia *Dei vindictis ira*, quae causae certo ordine se invicem consequuntur.

2. Mors hominis in proprio significato absolvitur dissolutione unionis naturalis, quae inter animam & corpus intercedit.

3. Decretum Dei de vitae termino non absolutum sed hypotheticum est, & quae hinc oritur, necessitas, nulla, nisi consequentiae est, cui cum contingentia rerum optimè convenit.

4. Mos ille, beatos, qui sine evidenti fidelitatis notâ ex vita decesserunt, appellandi, improbandus non est.

5. Non de necessitate salutis, sed de honestate solum est sepultura si haberi potest. Hinc in sacris *asini sepultura* irati Dei poëta. Recte quoque Christiani ad exemplum Christi, Lazarum mortuum descentis defunctos amicos lugent.

6. Anima nobilissima illa hominis pars in morte non interit, sed immortalis perseverat. Immortalitas hæc animae intrinseca est, utut à Deo destrui possit.

7. Viventibus animabus recte & ipsi sancti vivere vel existere dicuntur. Mortui dicuntur *non esse* respectu terrenae conversationis, non simpliciter.

8. Pontificii præter Coelum & infernum tria animae receptacula statuunt, quos *limbos in ferni* appellant, scilicet *Limbum patrum* sub terra prope infernum constitutum, quo descenderint animae sanctae defunctorum in V. T. Secundum *Limbum infantum*, in quo infantes ante bap-tis-mum

num decedentes contineri, ubi poenâ damni efficiantur absqve poenâ sensus. Tertium *Limbus purgatorii*, in quo animas eorum, qui cum peccatis venialibus vel ante actam pro mortalibus satisfactionem canonicam obierunt, poenam damni simul & sensus sed temporalem sustinere affirmant. Verùm nos, quibus supra id, quod scriptum est, sentire, religio est, Limbos istos vana commenta hominum cenemus.

8. Duo *ψυχοδοχῆα* supersunt, quæ sola S. scripturæ auctoritatem *ἀζιμίτων* habent: Alter locus *Beatorum* est, dictus in sacris cælum, Regio viventium, domus *ἀχαρωβίη* Patris, in quâ mansiones multæ, Civitas permanens, superna Jerusalem &c. Locus alter damnatorum est; dictus in sacris infernus, tormentorum locus, spirituum Carcer, &c.

10. Animæ piorum à corporibus suis solutæ tempore inter mortem hominis, & extremum iudicium intermedio, *ἀναΐδῆτοι* non sunt, nec lethargo, vel veterno correptæ altum stertunt, ut seculo superiori *Psychopannichyris* creditum est, sed illicò ad beatificam Dei visionem in cælis admittuntur, ac plena & perfecta, quamvis nondum consummatâ, beatitudine perfruuntur, impiorum v. animæ separatæ statim post excessum è corpore abjiciuntur à facie Dei, & detruduntur in Statum tormentorû.

11. Non amittunt animæ demortuorum earum rerum notitiam, quam in hac vita sibi comparaverant. Non tamen probabile est, novam eos rerum, quæ in hoc orbe geruntur, scientiam acquirere.

12. Animas defunctorum non perpetuò separatas esse mansuras, sed die extremo iterum suis corporibus conjungendas, fide tenemur.

13. Causa efficiens Resurrectionis unus & solus Deus est, habetqve resurrectio pro fundamento omnipotentem Dei voluntatem.

14. Una saltem est resurrectio mortuorum piorum & impiorum. Hinc expectanda duplex figmentum Chiliastrarum est.

15. Ut bis mortui extra Ordinem ad declarandam divinam potentiam bis naturæ debitum solverunt: Ita & extra ordinem eorum animas in locu statue tertio fuisse, & labe originali commaculatas manifeste, absurdum non est.

15. Aliud est resurgere, aliud resurgere vel ad vitam vel ad mortem. Resurrectio communis est piis & Impis, & nititur omnipotente DEI voluntate. Piorum Resurrectio ad vitam nititur immensâ DEI Misericordiâ, & merito Christi. Impiorum resurrectio ad mortem rigorosâ Dei justitiâ & impiorum impœnitentiâ, & incredulitate. Resurgent autem omnes homines, quotquot mortui sunt.

16. Corpus,

17. Corpus quod resurrecturum est, substantiâ idem non diversum est ab eo quod moritur. Etiam apud Anthropophagos quemque suo corpore resurgere absurdum non est.

18. Circa resurrectionem corporum, multa quæri solent; verba sunt *Seb. Benefield. Angli Cap. VI. §. 22. Doctrin. Christ.* quædam stultè, omnia inutiliter, utrum corpus in resurrectione, si organizaretur, modo opposito, quam sit modò, V. G. si haberet pedes in pectore & manus ubi modò sunt pedes, possit ab animâ suâ iterum refici; utrum corpora resurgent in fisdem locis, in quibus fuerunt sepulta? utrum humores, intestina, capilli & ungues resurgent? utrum Corpora, quum resurrexerunt, erunt calida, vel frigida? utrum resurgemus in eadem ætate, staturâ sexu virili, in vitâ animali; quibus enodandis ingenia curiosa, si mavis otiosa, se valde torquent, & fatigant, nos vero eorum, quæ doctâ incitiâ ignorantur, scientiam atque per se nec affectamus, nec probamus.

19. Finis Resurrectionis est, ut homo coram tribunali Christi constituatur, & ratione vitæ, quam in his terris egit, æterna reportet vel præmiâ, vel opprobria.

DISPUTATIO XXXVI. & ULTIMA.

DE EXTREMO JUDICIO & CONSUMMATIONE  
SECULI.

1. Iustitia divina requirit, ut bonis benè, malis autem malè sit, contrarium verò in hac vitâ sæpe accidit, Necessè igitur est superesse novissimum & universale judicium, in quo impiis promerita supplicia, piis verò gratuita præmia sint reddenda. Regnum Christi & est æternum ac perpetuum, utique ergo requiritur, ut subditos regni sui ex morte resuscitados in gloriam cœlestem transferat, contra vero hostes regni sui judicet & vindictam ab illis sumat.

2. Quamvis Filius secunda Persona Trinitatis, visibiliter in naturâ assumptâ hoc judicium sit administraturus, utpote cui judicandi mundi potestas κατ' οἰκονομίαν peculiariter, & per singularem quandam appropriationem assignatur; tamen non deneganda est αὐτοκρατορία καὶ τικὴ reliquis divinitatis Personis, nec judicabit Filius excluso Patre, aut Spiritu S. sed judicandi partes omnibus tribus Personis suo modo, & ordine competunt.

3. Judicabunt & tum ingenere omnes sancti, tum in specie Apostoli, non potestatem judicandi ἀποβραβεύων, unâ cum Christo exercendo, sed (1.) in capite suo (2.) ut assessores summi judicis. (3.) appro-

approbantes calculo suo sententiam [judicii] (4) testificantes; de bonis piorum operibus, (5.) fidei & pœnitentiæ exemplo Apostoli & fideles ministri Ecclesiæ specialiter judicabunt per doctrinam à se prædicatam.

4. Meliora tempora ante extremum judicium & consummationem nobis promittere non possumus, Deteriora potius expectanda sunt.

5. Objectum extremi judicii *Personale* erunt Angeli & homines, *Reale* erit cujusq; fides & incredulitas. Pii venient in judicium ratione comparationis, absolutionis, remunerationis; non vero in judicium ratione cognitionis peccatorum, & condemnationis. Conflagratio mundi autem non est objectum judicii, sed ejus consequens.

6. Quantum temporis usque ad extremum diem, & judicium super sit, soli DEO notum.

7. Talis universalis Judæorum Conversio, qualem Chiliastræ & Pontificii sperant ante consummationem seculi, expectanda non est. Ut enim *plenitudo gentium* Rom. XI. v. 25. non notat singulas & universas gentes ac singula earum individua; sed ingentem numerum ex gentilium populo: sic etiam per omnem Israël non significatur Univerfus populus Judaicus, & omnia illius individua; sed insignis quædam gentis Judaicæ multitudo, qualis autem & quantitas adhuc sit futura & gentium adsumptio, & Judæorum conversio, unus solus hæc novit & unigenitus ejus, inquit *Origenes in comment. Rom. XI.*

8. Regnum Chiliaisticum, quod ante consummationem seculi tam subtiles, quam crassi Chiliastræ inculcant, ne utiqvam admittit regnum Christi, quippe quod nec cum gratiæ, nec cum gloriæ regno consistere potest. Nescit & Scr. S. alium adventum Christi adhuc expectandum, quam qui erit ad judicandum vivos & mortuos.

9. Postquam sententiâ à Judice Christo fuerit lata, & Piiis quidem vita æterna, impiis damnatio æterna adjudicata, sequetur statim mundi conflagratio & interitus. Destruentur Cœlum & Terra non solum quoad qualitates, sed & secundum substantiam tuam esse desinent. Vi supernaturali, non interiturus est mundus. Per cometam esse interiturum, humanum est somnium.

10. Non à perpetuæ destructionis effectu, sed ab extinctionis negatione, ignis infernalis æternus appellatur.

11. Restitutio omnium etiam p̄sorum hominum, & Diabolorum damnatorum post plurimas æternitatum æternitates, scripturæ ad  
H  
versatur.



versatur. Non ideo finem habituri sunt damnatorum cruciatus; quia rationi nostra crudele & Tyrannicum videtur, Deum longe optimum, benignissimumque creaturas suas, quantumvis rebelles, æternis ineffabilibusque tormentis subijcere: quia æquè rationi nostræ crudele videtur, creaturas DEI, quantumvis peccantes, in innumeris æternitatum æternitates cruciari, quod tamen de iisdem enunciari Apocal. XX. v. 10. in confesso est. Et in inferno dantur cruciatuum gradus. Ubi autem infernus sit ignoramus, in quo æternum peccabunt damnati.


12. DEUM nos in alterâ vitâ oculis corporeis visuros esse, haud facile negari oportet.

13. Ratione essentia vitâ æterna spectata, consistit in visione beatifica, cum amore DEI intuitivè cogniti ardentissimo, & gaudio ineffabili conjunctâ, & hac ratione vitâ æterna nullos admittet gradus. Ratione autem accidentalium perfectionum vitâ æterna admittit gradus.


14. Momentaneum est, quod delectat, æternum, quod cruciat, & cum à momento dependeat æternitas, igitur serio & studiosè cogitemus æternitatem. AMEN.











num decedentes contineri, ubi poenâ dam-  
lensus. Tertium *Limbus purgatorii*, in quo  
peccatis venialibus vel ante actam pro mortu-  
nicam obierunt, poenam damni simul & se-  
nere affirmant. Verùm nos, quibus supra-  
tire, religio est, Limbos istos vana commen-

8. Duo *ψυχολογεία* supersunt, quæ so-  
*ἀγιότητων* habent: Alter locus *Beatorum* est,  
gio viventium, domus *ἀχαρτωδῆ* Patri-  
tæ, Civitas permanens, superna Jerusalem &  
est; dictus in sacris infernus, tormentorum

10. Animæ piorum à corporibus suis sol-  
hominis, & extremum iudicium intermedio  
lethargo, vel veterno correptæ altum stertu  
*shopannichytis* creditum est, sed illicò ad beati-  
admittuntur, ac plena & perfecta, quamvis n-  
tudine perfruuntur, impiorum v. animæ sepa-  
corpore abjiciuntur à facie Dei, & detruduntur

11. Non amittunt animæ demortuorum  
quam in hâc vita sibi comparaverant. No-  
vam eos rerum, quæ in hoc orbe geruntur,

12. Animas defunctorum non perpetuò  
die extremo iterum suis corporibus conjunguntur

13. Causa efficiens Resurrectionis unus &  
resurrectio pro fundamento omnipotentem

14. Una saltem est resurrectio mortuorum  
Hinc expectanda duplex signum Chilia-  
rum

15. Ut bis mortui extra Ordinem ad decli-  
nam bis naturæ debitum solverunt: Ita &  
mas in locu statue tertio fuisse, & labe ori-  
fuisse, absurdum non est.

16. Aliud est resurgere, aliud resurgere v.  
Resurrectio communis est piis & Impiis, & ni-  
luntate. Piorum Resurrectio ad vitam nititur  
diâ, & merito Christi. Impiorum resurrectio  
justitiâ & impiorum impœnitentia, & incre-  
omnes homines, quotquot mortui sunt.

absque poenâ  
m, qui cum  
tionem cano-  
oralem iusti-  
ptum est, sen-  
cen/emus.

auctoritatem  
s cœlum, Re-  
nitiones mul-  
damnatorum  
m Carcer, &c.  
inter mortem  
non sunt, nec  
superiori *Psy-*  
onem in cœlis  
mmatâ, beati-  
ost excessum è  
tormentorũ.

um notitiam,  
abile est, no-  
irere.  
mansuras, sed  
enemur.  
t, habetque  
m.

& impiorum.  
nam potenti-  
eorum ani-  
culatas man-

ad mortem.  
ente DEI vo-  
el Misericor-  
rigorosa Dei  
urgent autem

16. Corpus,

